

CICERONE

Lege Manilia 11,12	Seguire l'esempio degli antenati	Maiores nostri saepe
--------------------	----------------------------------	----------------------

Maiores nostri saepe, mercatoribus aut naviculariis nostris
iniuriosius tractatis, bella **gesserunt**:

Legati **quod** erant appellati 'superbius, Corinthum patres vestri,
totius Graeciae lumen, estingui (exstinctum esse) **voluerunt**:

ius legationis verbo **violatum** illi persecuti sunt: vos legatum omni
supplicio interfectum **relinquetis**?

Legati **quod** erant appellati **superbius**,

vos, tot milibus civium Romanorum uno nuntio atque uno
tempore necatis, **quo** tandem animo **esse debetis**?

vos eum regem inultum esse **patiemi**, **qui legatum** populi
Romani **consularem** vinculis ac verberibus atque omni supplicio
excruciatum **necavit**?

Videte **ne, ut** illis pulcherrimum **fuit** tantam vobis imperii gloriam
tradere, **sic** vobis turpissimum **sit**, id **quod accepistis** tueri et
conservare non posse.

Corinthum patres **vestri** **exstinctum esse** **voluerunt**:

Tusculanae 1,3-4	Le arti e i Romani antichi	Quamquam est in originibus
------------------	----------------------------	----------------------------

Quamquam est in Originibus Catonis **solitos esse** in epulis **canere** convivas ad tibicinem de
clamorum hominum virtutibus, **honor tamen poetis non fuit**.

Duxerat enim in Aetoliam, ut scimus, Ennium poetam.

Honos alit artes et omnes gloria incenduntur ad studia; neglecta autem iacent ea quae
parum laudis consequi putantur.

ideo Epaminondas praeclare cecinisse **dicitur** Themistoclesque, **cum in epulis recusasset**
lyram, habitus est indoctor.

Nam in oratione eiusdem Catonis obicitur ut probrum Marco Nobiliori **quod ille in**
provinciam secum poetas duxisset.

Cum **igitur fere nullus honor esset poetis**, **minora studia poetarum fuerunt et**, si (ali)qui in
eo genere **laudandi exstiterunt**, **non satis Graecorum gloriae responderunt**.

Summa eruditio a Graecis sita esse **censebatur** in nervorum vocumque cantibus;

Ergo in Graecia musici floruerunt **et** discabant id omnes **et (is)qui cantum nesciebat non**
satis (esse) excultus doctrina putabatur

Tusculanae 1,7-8	Come sono nate le T.	Sed ut Aristoteles

Sed //ut Aristoteles, vir summo ingenio, scientia, copia, cum motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere docere etiam coepit adulescentes et prudentiam cum eloquentia iungere.// sic nobis placet nec pristinum dicendi studium deponere et in hac maiore et uberiore arte versari.

Hanc enim perfectam philosophiam semper **iudicavi**, quae de maximis quaestionibus copiose posset et ornate dicere; (et) **in quam (eam)** exercitationem ita nos studiose dedimus, **ut** iam etiam scholas Graecorum more habere auderemus.

Ponere iubebam (hoc), de quo (ali)quis audire vellet

Ut nuper tuum post discessum in Tusculano cum essent complures mecum familiares, temptavi, quid in eo genere possem.

Ut enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit, sic haec mihi nunc senilis est declamatio.

Itaque dierum quinque scholas, ut Graeci appellant, in totidem libros contuli.

Fiebat autem ita ut, cum is qui audire vellet dixisset, quid sibi videretur, tum ego contra dicerem. Haec est enim, ut scis, vetus et Socratica ratio contra alterius opinionem disserendi.

ad id aut sedens aut ambulans disputabam.

Nam ita facillime, quid veri simillimum esset, inveniri posse Socrates arbitrabatur.

Tusculanae D. 1,42	Fortezza d'animo degli Spartani di fronte alla morte	Lacedaemomius quidam, cuius ne
--------------------	--	--------------------------------

Lacedaemonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tantopere contempsit, ut, cum ad eam duceretur damnatus ab ephoris et esset vultu hilari atque laeto dixissetque ei quidam inimicus : Contemnisne leges Lycurgi ?, responderit:

Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea poena multaverit, quam sine mutuatione et sine versura possem dissolvere ?

O virum Sparta dignum ! Ut mihi quidem, (is) **qui tam magno animo fuerit**, innocens damnatus esse videtur. Talis innumerabilis nostra civitas tulit.

Sed quid duces et principes nominem, **cum** legiones **scribat Cato** saepe alacris in eum locum profectas (esse), **unde** redituras (esse) se non **arbitrarentur?**

Fuit haec gens fortis, dum Lycurgi leges vigeabant.

E quibus unus, cum Perses hostis in conloquio dixisset glorians: *Solem prae iaculorum multitudine et sagittarum non videbitis, In umbra igitur - inquit- pugnabimus.*

Viros commemoro; qualis tandem Lacaena (fuit), **quae, cum filium in proelium misisset et interfectum (esse) audi(vi)sset:** *Idcirco -inquit- (eum) genueram, ut esset (is) qui pro patria mortem non dubitaret occumbere*

Tusculanae Disputationes, V, 77-78, Cicerone. Esempi di fortezza di fronte al dolore.

Pueri Spartiatae non ingemescunt verberum dolore laniati.

Adulescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi incredibili contentione certantis pugnis, calcibus, unguibus, morsu, denique, cum exanimarentur prius quam victos se faterentur.

Quae barbaria (est) India vastior aut agrestior?

In ea tamen gente primum ei, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt et Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore, cumque ad flammam se adplicaverunt, sine gemitu aduruntur.

Mulieres vero in India, cum est communis earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit— plures enim singulis solent esse nuptae—; **quae est victrix, ea laeta prosequentibus suis una cum viro in rogum imponitur, illa victa maesta discedit.**

Numquam naturam mos vinceret; est enim ea semper invicta; sed nos umbris deliciis otio languore desidia animum infecimus, opinionibus maloque more delentum mollivimus.

Aegyptiorum morem quis ignorat?

Quorum imbutae mentes pravitatis erroribus quamvis carnificinam prius subierint quam ibim aut aspidem aut faelem aut canem aut corcodillum violent: quorum etiam si imprudentes quippiam fecerint, poenam nullam recusent.

Tusculanae, V, 32, Cicerone. Disprezzo per le ricchezze

Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent quae erat pecunia temporibus illis, Athenis praesertim, maxima, abduxit legatos ad cenam in Academiam; iis apposuit tantum (hoc) quod satis esset, nullo apparatu.

Cum postridie rogarent eum cui pecuniam numerari iuberet: "Quid?" inquit "Vos hesternae cenula non intellexistis me pecunia non egere?"

(et eos) Quos cum tristiores vidisset, triginta minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur.

At vero Diogenes Cynicus liberius respondit Alexandro roganti ut diceret, si quid opus esset, 'Nunc quidem paululum' inquit 'a sole recede'.

' Offecerat videlicet ei apricanti.

Et hic quidem disputare solebat, quanto regem Persarum vita fortunaque superaret; (dicebat) sibi nihil deesse, illi nihil satis umquam fore; se eius voluptates non desiderare, quibus numquam satiari ille posset, suas eum consequi nullo modo posse.

Tusculanae Disputationes, V, 34, Cicerone. L'appetito è il migliore dei condimenti

Quis non videt desiderio omnia condiri?

Darius in fuga cum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit umquam se bibisse iucundius: numquam videlicet sitiens biberat.

Nec esuriens Ptolemaeus ederat, cui, cum peragranti Aegyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.

Socratem ferunt, cum usque ad vesperum contentius ambularet quaesitumque esset ex eo qua re id faceret, respondisse, quo melius cenaret, famem obsonare ambulando.

Quid? Victus Lacedaemoniorum in philitiis nonne videmus qualis fuerit?

Ubi cum tyrannus cenasset Dionysius, negavit se iure illo nigro, quod cenae caput erat, delectatum esse.

Tum is, qui illa coxerat, (dixit):

Minime mirum (est). Condimenta enim defuerunt.

Quae tamen condimenta?

inquit ille.

Labor in venatu, sudor ad Eurotam, fames, sitis.

His enim rebus Lacedaemoniorum epulae condiebantur.

Tusculanae Disputationes V, 61-62, Cicerone. La spada di Damocle

Hic quidem tyrannus ipse iudicavit **quam esset beatus**, cum quidam ex eius assentatoribus, Damocles, **commemoraret** in sermone copias eius, opes, maiestatem, rerum habundantiam, magnificentiam aedium regiarum, **negaretque** **quenquam beatiorem fuisse**,

"Visne igitur, o Damocles, **quoniam haec te vita delectat**, ipse eadem degustare et fortunam experiri meam?"

Cum se ille cupere dixisset, **collocari** iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto abacosque compluris ornavit argento auroque celato.

Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere eosque ad nutum illius intuentis ministrare diligenter;

aderant unguenta, coronae, incendebantur odores, mensae conquisitissimis epulis extruebantur; fortunatus sibi Damocles videbatur.

In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum dimitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus.

Itaque nec pulchros illos administratores **aspiciebat**, nec plenum artis argentum, nec manum **porrigebat** in mensam; iam ipsae **defluebant coronae**. Denique exoravit tyrannum **ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse.**

Pro Sextio 19,20. Cicerone gistifica la sua condotta nei riguardi del tribuno Clodio

Quid **agerem**, iudices? **Contenderem** contra tribunum plebis privatus armis?

Vicissent improbos boni, fortes inertes; **interfectus esset** is (= Clodius), **qui** hac una medicina sola **potuit** a rei publicae peste **depelli**.

Quid deinde? Quis reliqua **praestaret** (= garantire)? **cui** denique erat dubium, quin ille sanguis tribunicius consules ultores et defensores **esset habiturus**? cum quidam in contione dixisset aut mihi semel pereundum aut bis esse vincendum.

Quid erat bis vincere?

id (est) profecto, **ut** (che), **cum** amentissimo tribuno plebis **si decerta(vi)ssem**, cum consulibus ceterisque eius ultoribus **dimicarem**.

Unum enim mihi restabat **illud, quod** forsitan non nemo vir fortis et acris animi magnique dixerit: «Restitisses, repugnasses, mortem pugnans oppetisses».

De quo te, te, **inquam**, patria, **testor**, et vos, penates patrique di, **me** vestrarum sedum templorumque causa, **me** propter salutem meorum civium, **quae mihi semper fuit mea carior vita**, dimicationem caedemque **fugisse**.

Pro Sexto Roscio Amerino, XXV. Saggezza giuridica dei Romani sul supplizio per parricidi

Multis ex rebus intellegi potest maiores nostros non modo armis sed etiam sapientia plus quam ceteras nationes potuisse: in impiis singulare supplicium invenerunt.

Quantum in ea re prudentia praestiterint eis, qui apud ceteros sapientissimi fuisse dicuntur, considerate.

Civitas Atheniensium prudentissima, dum ea rerum potita est, fuisse traditur;

Solonem eius civitatis sapientissimum fuisse dicunt, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripsit.

Is cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necavisset, respondit se neminem id facturum esse putavisse.

Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat.

Quanto sapientius nostri maiores fecerunt! Qui cum intellegerent nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitaverunt, ut ei, quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, magnitudine poenae a maleficio summoventur.

Eos enim vivos insui voluerunt in culleum atque ita in flumen deici.

Pro Sestio, 91, 92, Cicerone: La barbarie è vis, la civiltà è ius

Quis enim nostrum, iudices, ignorat ita naturam rerum tulisse ut quodam tempore homines, nondum neque naturali neque civili iure descripto, fusi per agros ac dispersi vagarentur, tantumque haberent quantum manu ac viribus per caedem ac vulnera aut eripere aut retinere potuissent?

Qui igitur primi virtute et consilio praestanti exstiterunt, **ii**, perspecto genere humanae docilitatis atque ingeni, dissupatos unum in locum congregarunt eosque ex feritate illa ad iustitiam atque ad mansuetudinem transduxerunt.

Tum res ad communem utilitatem, **quas publicas appellamus**, **tum** conventicula hominum, **quae postea civitates nominatae sunt**, **tum** domicilia coniuncta, **quas urbis dicimus**, invento et divino iure et humano, moenibus saepserunt.

Cato Maior, De Senectute, XVI, Cicerone. Fortunati gli antichi che passavano la vita in campagna

In vita rustica Manius Curius, **cum de Sabinis, de Samnitibus, de Pyrrho triumphasset**, consumpsit extremum tempus aetatis.

Cuius ego villam contemplan - **abest enim non longe a me**- admirari satis non possum vel hominis illius continentiam vel temporum disciplinam.

Cum ei, ad focum sedenti, magnum auri pondus Samnites attulissent, repudiati sunt.

Non enim aurum habere praeclarum ei videbatur, **sed (praeclarum ei videbatur) eis, qui haberent aurum, imperare.**

Poteratne tantus animus iucundam non efficere senectutem?

In agris vivebant tum senatores **siquidem aranti Lucio Quinctio Cincinnato nuntiatum est eum dictatorem factum esse.**

A villa tum in senatum arcessebantur et Curius et ceteri senes.

Num igitur horum senectus miserabilis fuit, **qui se agri cultione oblectabant?**

Mea quidem sententia haud scio an nulla (senectus) possit esse beatior et delectatione et saturitate copiaque omnium rerum.

De Republica VI (Somnium Scipionis), 13,14: un sogno di Scipione Africano Minore

Sed quo (ut) sis, Africane, **alacrior** ad tutandam rem publicam, **sic habeto**:(che)

omnibus (eis) **qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse** in caelo definitum locum, **ubi beati aevo sempiterno fruantur;**

nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae 'civitates' appellantur; harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur”.

tamen viveretne ipse et Paulus pater et alii quos nos extinctos arbitraremur.

“Immo vero”, inquit, “**hi** vivunt, **qui** e corporum vinculis tamquam e carcere evolaverunt, vestra vero, quae dicitur vita, mors est.

Quin tu aspicias ad te venientem Paulum patrem?” Quem (et hunc) ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi, ille autem me complexus atque osculans flere prohibebat.

Cato Maior, de senectute 83,84. Catone di fronte alla morte

Si (ali)quis deus mihi largiatur ut ex hac aetate repuerascam et in cunis vagiam, valde recusem, nec vero velim quasi decurso spatio ad carceres a calce revocari.

Quid habet enim vita commodi? Quid non potius laboris? Sed habeat sane; habet certe tamen aut satietatem aut modum.

Non libet enim mihi deplorare vitam, (hoc) quod multi et iidemque docti saepe fecerunt, neque me vixisse paenitet, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum (esse) existimem, et ex vita ita discedo tamquam ex hospitio, non tamquam e domo.

O praeclarum diem cum in illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar et cum ex hac turba et colluvione discedam!

Proficiscar enim non ad eos solum viros, de quibus ante dixi, verum etiam ad Catonem filium meum, quo nemo vir melior natus est, nemo pietate praestantior, cuius a me corpus est crematum, qui in ea profecto loca discessit, quo mihi ipsi veniendum esse cerno.

DE RE PUBLICA, VI, 24, 26; 26,28, Cicerone. L'anima dei giusti è condotta in cielo

Tu vero enitere et sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc; nec enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest.

Deum te igitur scito esse, si quidem est deus, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus, cui praepositus est;

quam hunc mundum ille princeps deus (movet), et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet.

Cum pateat igitur aeternum id esse, quod a se ipso moveatur, quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget?

Inanimum est enim omne, quod pulsu agitur externo; quod autem est animal, id motu cietur interiore et suo; nam haec est propria natura animi atque vis, quae si est una ex omnibus, quae sese moveat, neque nata certe est et aeterna est.

Hanc tu exerce optimis in rebus! Sunt autem optimae curae de salute patriae, quibus agitatus et exercitatus animus velocius in hanc sedem et domum suam pervolabit; idque ocius faciet, si iam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras et ea, quae extra erunt, contemplans quam maxime se a corpore abstrahet.

Namque eorum animi, qui se corporis voluptatibus dederunt earumque se quasi ministros praebuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus oboedientium, deorum et hominum iura violaverunt, corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur nec hunc in locum nisi multis exagitati saeculis revertuntur».

Ille discessit; ego somno solutus sum.

De officiis, I, 4, Cicerone: Le tendenze naturali dell'uomo

Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis et ad vitae societatem ingeneratque imprimis praecipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt, impellitque, ut hominum coetus et celebrationes (=convegni e riunioni numerose) et esse et a se obiri (homo) velit ob easque causas studeat parare ea, quae suppeditent ad cultum et ad victum, nec sibi soli, sed coniugi, liberis, ceterisque quos caros habeat tuerique debeat; quae cura exsuscitat etiam animos et maiores ad rem gerendam facit.

Inprimisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio.

Itaque **cum** sumus necessariis negotiis curisque vacui, **tum** avemus aliquid videre, audire, addiscere cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate vivendum necessariam ducimus.

Ex quo intellegitur, **quod** verum, simplex sincerumque sit, **id** esse naturae hominis aptissimum.

Huic **veri videndi** cupiditati adiuncta est appetitio quaedam principatus, ut nemini parere animus bene informatus a natura velit nisi **praecipienti** aut **docenti** aut utilitatis causa iuste et legitime **imperanti**; ex quo magnitudo animi existit humanarumque rerum contemptio.

De officiis, II, 41, Cicerone. Origine delle monarchie e delle leggi

Mihi quidem non apud Medos solum, ut ait Herodotus, sed etiam apud maiores nostros iustitiae fruendae causa videntur olim bene morati reges constituti (esse).

Nam cum premeretur in otio multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant virtute praestantem, qui cum prohiberet iniuria tenuiores, aequitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat.

Eademque constituendarum legum fuit causa quae (fuit constituendorum) regum.

Ius enim semper est quaesitum aequabile;

neque enim aliter esset ius.

Id si ab uno iusto et bono viro consequerentur, erant eo contenti; cum id minus contingeret, leges sunt inventae, quae cum omnibus semper una atque eadem voce loquerentur.

Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos (esse), quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis.

De Officiis II, 75-80. Cicerone. Gli uomini di stato devono essere disinteressati

Caput autem est in omni procuratione negotii et muneris publici, ut avaritiae pellatur etiam minima suspicio.

'Utinam', inquit C. Pontius Samnis, 'ad illa tempora me fortuna reservavisset et tum essem natus, quando Romani dona accipere coepissent!

Non essem passus diutius eos imperare.'

Ne illi multa saecula expectanda fuerunt: modo enim hoc malum in hanc rem publicam invasit.

Laudat Africanum Panaetius quod fuerit abstinens.

Quidni laudet? Sed in illo (sunt) alia maiora; laus abstinentiae non hominis est solum sed etiam temporum illorum.

Omni Macedonum gaza quae fuit maxima potitus (est) Paulus; tantum in aerarium pecuniae invexit ut unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum. At hic nihil domum suam intulit praeter memoriam nominis sempiternam.

Imitatus patrem Africanus (non fuit) nihilo locupletior Carthagine eversa.

Quid? (is) qui eius collega fuit in censura L. Mummius numquid (fuit) copiosior cum copiosissimam urbem funditus sustulisset?

Italiam ornare quam domum suam maluit; quamquam Italia ornata (fuit) domus ipsa mihi videtur ornatio.

Nullum igitur vitium taetrius est, ut eo unde digressa est referat se oratio, quam avaritia praesertim in principibus et rem publicam gubernantibus.

habere enim quaestui rem publicam non modo turpe est sed sceleratum etiam et nefarium.

Itaque quod Apollo Pythius oraculum edidit Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram id videtur non solum Lacedaemoniis sed etiam omnibus opulentis populis praedixisse.

Nulla autem re conciliare facilius benivolentiam multitudinis possunt ii qui rei publicae praesunt quam abstinentia (integrità) et continentia (moderazione).

(Ei) Qui vero se populares volunt ob eamque causam aut agrariam rem temptant ut possessores pellantur suis sedibus aut (qui) pecunias creditas debitoribus condonandas (esse) putant, labefactant fundamenta rei publicae, concordiam primum quae esse non potest cum aliis adimuntur aliis condonantur pecuniae, deinde aequitatem quae tollitur omnis si habere suum cuique non licet.

Id enim est proprium, **ut supra dixi**, civitatis atque urbis **ut sit libera et non sollicita suae rei cuiusque custodia**.

Atque in hac pernicie rei publicae ne illam quidem consequuntur **quam putant (consequi) gratiam**.

Nam **(is) cui res erepta est** est inimicus;

(is) cui data est etiam dissimulat **se accipere voluisse** **et** maxime in pecuniis creditis occultat suum gaudium **ne videatur non fuisse (aptus) solvendo**.

At vero ille **qui accipit iniuriam** **et** meminit **et** prae se fert dolorem suum **nec si plures sunt ii quibus inprobe datum est quam illi quibus iniuste ademptum est idcirco plus etiam valent**.

Non enim numero haec iudicantur sed pondere.

Quam autem habet aequitatem **ut agrum multis annis aut etiam saeculis ante possessum (is) qui nullum habuit, habeat, (is) qui autem habuit, amittat?**

Ac propter hoc iniuriae genus Lacedaemonii Lysandrum ephorum expulerunt, Agim regem, (hoc) **quod nunquam antea apud eos acciderat, necaverunt exque** eo tempore tantae discordiae secutae sunt **ut et tyranni existerent et optumates exterminarentur et praeclarissime constituta res publica dilaberetur**. Nec vero solum ipsa cecidit **sed** etiam reliquam Graeciam evertit contagionibus malorum **quae a Lacedaemoniis profectae manarunt latius**.

Quid? nostros Gracchos, Ti. Gracchi summi viri filios, Africani nepotes nonne agrariae contentiones perdiderunt?

Itaque facile patior **tum potius Pontium fuisse, si quidem in illo tantum fuit roboris**.

Nondum centum et decem anni sunt, **cum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata lex est, nulla antea cum fuisset**.

At vero postea, **(fuerunt) tot leges et proxumae quaeque duriores, tot rei, tot damnati, tantum [Italicum] bellum propter iudiciorum metum excitatum, tanta, sublatis legibus et iudiciis, expilatio (spoliazione) direptioque (estorsione) sociorum, ut inbecillitate aliorum, non nostra virtute valeamus**.

De officiis III, 38. La favola di Gige

Atque etiam ex omni deliberatione celandi et occultandi spes opinioque **removenda est**;

satis enim nobis, si modo in philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet, si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil iniuste, nihil libidiose, nihil incontinenter esse faciendum.

Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, descendit in illum hiatus et aeneum equum, ut ferunt fabulae, animadvertit, cuius in lateribus fores essent; quibus apertis, corpus hominis mortui vidit magnitudine invisitata et anulum aureum in digito (vidit); quem ut detraxit, ipse induit (erat autem regius pastor), tum in concilium se pastorum recepit. Ibi cum palam eius anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem

Ibi cum palam eius anuli ad palmam **converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat;** idem rursus videbatur, cum in locum anulum inverterat.

Itaque **hac oportunitate anuli usus** reginae stuprum intulit et **ea adiutrice regem dominum interemit, sustulit (eos) quos obstare arbitrabatur, nec** in his eum facinoribus **quisquam** potuit videre.

Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiae.

Si Hunc igitur ipsum anulum habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet;

honestam enim bonis viris, non occulta quaeruntur.

De Officiis, III, 48-49, Cicerone. Ciò che non è onesto non è neppure utile

Tanta vis est honesti **ut speciem utilitatis obscurat.**

Athenienses cum Persarum impetum nullo modo **possent sustinere** et **statuerent ut urbe relicta, coniugibus et liberis Troezene depositis, naves conscenderent** et libertatem Graeciae classe **defenderent** Cyrsilum quendam suadentem **ut in urbe manerent et Xerxem reciperent lapidibus obruerunt.**

Atque ille utilitatem sequi videbatur sed ea nulla erat repugnante honestate.

Themistocles post victoriam eius belli quod cum Persis fuit dixit in contione se habere consilium rei publicae salutare sed id sciri non opus esse; postulavit ut aliquem populus daret quicum communicaret; datus est Aristides.

Huic ille (dixit): classem Lacedaemoniorum quae subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse, quo facto frangi Lacedaemoniorum opes necesse esset.

Quod (et hoc) Aristides cum audisset in contionem magna expectatione venit et dixit perutile esse consilium quod Themistocles adferret sed minime honestum.

Itaque Athenienses quod honestum non esset id ne utile quidem putaverunt et totam eam rem quam ne audierant quidem, auctore Aristide, repudiaverunt.

DE OFFICIIS III, 89, CICERONE. PROBLEMI DI MORALE

Plenus est sextus liber de officiis Hecatonis talium quaestionum, sitne boni viri in maxima caritate annonae familiam non alere.

In utramque partem disputat, sed tamen, ad extremum, utilitate, ut putat, officium dirigit magis quam humanitate.

Quaerit, si in mari iactura (=rinunzia) facienda sit, equine pretiosi potius iacturam faciat an servuli vilis.

Hic alio res familiaris, alio ducit humanitas.

"Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorqueatne eam sapiens, si possit?" Negat, quia sit iniurium...

Quid? si pater fana expilet, cuniculos agat ad aerarium, indicetne (=indico non indico) id magistratibus filius?

Nefas id quidem est, quin etiam defendat patrem si arguatur.

Non igitur patria praestat omnibus officiis?

Immo vero, sed ipsi patriae conducit pios habere cives in parentes.

Quid? si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius?

Immo vero obsecrabit patrem, ne id faciat.

Si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam; ad extremum, si ad perniciem patriae res spectabit, patriae salutem anteponet saluti patris.

De Officiis, III, 113, Cicerone. Rettitudine del Senato romano

Sed ut laudandus (est) Regulus in conservando iure iurando, sic decem illi quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Hannibal se in castra redituros (esse) ea quorum erant potiti Poeni nisi de redimendis captivis impetravissent si non redierunt vituperandi (sunt).

De quibus non omnes uno modo;

nam Polybius bonus auctor in primis ex decem nobilissimis qui tum erant missi novem revertisse dicit, re a senatu non impertrata;

(dicit) unum ex decem qui paulo postquam erat egressus e castris redisset quasi aliquid esset oblitus Romae remansisse.

Reditu enim in castra liberatum se esse iure iurando interpretabatur non recte.

Fraus enim dstringit non dissolvit periurium.

Fuit igitur stulta calliditas perverse imitata prudentiam.

Itaque decrevit senatus ut ille veterator et callidus vinctus ad Hannibalem duceretur.

Sed illud maximum: octo hominum milia tenebat Hannibal non quos in acie **cepisset** aut qui periculo mortis **diffugissent** sed qui relictis in castris **fuissent** a Paulo et a Varrone consulibus.

Eos senatus non censuit redimendos (esse) cum id parva pecunia fieri posset ut esset insitum militibus nostris aut vincere aut emori.

Qua quidem re audita, fractum (esse) animum Hannibalis **scribit idem** quod senatus populusque Romanus rebus afflictis tam excelso animo fuisset.

DE LEGIBUS, I, 7, 22-23, Cicerone. Inno alla ragione

Non faciam longius: huc pertinet animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem vocamus hominem, praeclara quadam condicione generatum esse a supremo deo.

Solum (animal) **est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, cum cetera sint omnia expertia.**

Quid est autem, non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra, **ratione divinius?**

Quae **cum adolevit atque perfecta est, nominatur rite sapientia.**

Est igitur, quoniam nihil est ratione melius, eaque (est) et in homine et in deo, prima homini cum deo rationis societas.

Inter quos autem ratio (est), inter eosdem etiam recta ratio [et] communis est: quae cum sit lex, lege quoque consociati homines cum disputandi sumus.

Inter quos porro est communio legis, inter eos communio iuris est.

Quibus autem haec sunt inter eos communia, ei civitatis eiusdem habendi sunt.

Si vero isdem imperiis et potestatibus parent, multo iam magis parent [autem] huic caelesti descriptioni mentique divinae et praepotenti deo, ut iam universus hic mundus una civitas communis deorum atque hominum existimanda (sit); et quod in civitatibus ratione quadam, de qua dicitur idoneo loco, agnationibus familiarum distinguuntur status, id in rerum natura tanto est magnificentius tantoque praeclarius, ut homines deorum agnatione et gente teneantur.

DE LEGIBUS, I, 10, 28-30, Cicerone. Il diritto coincide con la legge di natura

28] Atticus:

Di immortales, quam tu longe iuris principia repetis! atque ita ut ego non modo ad illa non properem, quae expectabam a te de iure civili, sed facile patiar te hunc diem vel totum in isto sermone consumere.

Sunt enim haec maiora, quae aliorum causa fortasse conplecteris, quam (sunt) ipsa illa, quorum haec causa praeparantur.

Marcus:

Sunt haec quidem magna, quae nunc breviter attinguntur.

Sed omnium quae in hominum doctorum disputatione versantur, nihil est profecto praestabilius, quam plane intellegi, nos ad iustitiam esse natos, neque opinione (=convenzione) sed natura constitutum esse ius.

Id iam patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctionemque perspexeris.

[29] Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmet ipsos (similes) sumus.

Quod si depravatio consuetudinum, si opinionum varietas non inbecillitatem animorum torqueret et flecteret, quocumque cupisset, **sui nemo ipse tam similis esset quam omnes sunt omnium.**

Itaque quaecumque est hominis definitio, **una in omnes valet.**

[30] **Quod argumenti satis est nullam dissimilitudinem esse in genere.**

Quae si esset, non una omnis definitio contineret.

Etenim ratio, qua una praestamus beluis, per quam coniectura valemus, argumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, cunctis hominibus certe est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par.

Nam et sensibus eadem omnium comprehenduntur, et ea quae movent sensus, itidem movent (sensus) omnium, et ea quae in animis imprimuntur, de quibus ante dixi, inchoatae intellegentiae (nozioni iniziali/baralumi di intelligenza), similiter in omnibus imprimuntur; interpresque mentis oratio verbis discrepat, sentiis congruens.

Nec est quisquam gentis ullius, qui ducem naturam nactus ad virtutem pervenire non possit.

De Legibus, I, 43-45, Cicerone. Il diritto naturale

Quod si populorum iussis, si principum decretis, si sentiis iudicum iura constituerentur, ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa supponere, si haec suffragiis aut scitis multitudinis probarentur.

Quod si tanta potestas est stultorum sentiis atque iussis, ut eorum suffragiis rerum natura vertatur, cur non sanciant ut (ea) quae mala perniciosaque sunt, habeantur pro bonis et salutaribus?

Aut cur cum ius ex iniuria lex facere possit, bonum eadem facere non possit ex malo?

Atqui nos legem bonam a mala, nulla alia nisi naturae norma **diiudicare possumus**.

Nec solum ius et iniuria natura **diiudicatur**, sed omnino omnia honesta et turpia.

Nam ut communis intelligentias nobis natura effecit, easque in animis nostris inchoavit, (ita) honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia.

Haec autem in opinione existimare, non in natura posita (esse), **dementis est**.

Nam nec arboris nec equi virtus quae (ita) dicitur (in quo abutimur nomine) in opinione posita est, sed in natura.

Quod si ita est, honesta quoque et turpia natura diiudicanda sunt.

Nam si opinione universa virtus (probaretur), eadem (opinione) eius etiam partes probarentur.

De Legibus, I, 24-25, Cicerone. Vi è somiglianza tra l'uomo e Dio

Nam cum de natura hominis quaeritur, disputari solet -et nimirum ita est, ut disputatur- **perpetuis cursibus conversionibusque caelestibus exstitisse quandam maturitatem serendi generis humani, quod sparsum in terras atque satum divino auctum sit animorum munere, cumque alia quibus cohaerent homines e mortali genere sumpserint, quae fragilia essent et caduca, animum esse ingeneratum a deo.**

Ex quo vere vel agnatio nobis cum caelestibus vel genus vel stirps (hoc) appellari potest.

Itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret qualem haberi deum deceat, tamen habendum (esse) sciat.

Ex quo efficitur illud, **ut is agnoscat deum, qui, unde ortus sit, quasi recordetur.**

Iam vero virtus eadem in homine ac deo **est**, neque alio ullo in genere praeterea; **est** autem virtus nihil aliud nisi perfecta et ad summum perducta natura: **est** igitur homini cum deo similitudo.

De Legibus, 2, 26. Cicerone. Si devono costruire templi?

Nam (a) patribus acceptos deos ita **placet** coli **si huic legi paruerint ipsi patres**.

Delubra esse in urbibus censeo nec sequor magos Persarum, quibus auctoribus, Xerses inflammasse templa Graeciae dicitur **quod** parietibus includerent deos **quibus** omnia deberent esse patentia ac libera et **quorum** hic mundus omnis templum esset et domus.

Melius (sunt) Graii atque nostri (veteres) qui ut auferent pietatem in deos easdem illos urbi(e)s **quas (incolimus)** nos incolere **voluerunt**.

Adfert enim haec opinio religionem (esse) utilem civitatibus si quidem et illud bene dictum est a Pythagora, doctissimo viro, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis cum rebus divinis operam **daremus et quod (=hoc) (dixit) Thales qui sapientissimus in septem fuit homines existimare oportere omnia (quae) cernerent deorum esse plena; fore enim omnis (es) castioris (es)** veluti (velut) quom (quam) in fanis essent maxime religiosi.

Est enim quaedam, opinione, species deorum in oculis non solum in mentibus.

Pro Archia 12,1, Cicerone. Gli studi dell'oratore servono anche a difendere gli amici

Qua (e hac) re **quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure suscenseat, si, quantum** ceteris ad suas res obeundas, **quantum** ad festos dies **ludorum celebrandos, quantum** ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis **conceditur temporum, quantum** alii tribuunt tempestivis conviviis, **quantum** denique alveolo, **quantum** pilae, **tantum mihi egomet** ad haec studia recondenda **sumpsero?**

Atque id eo mihi concedendum est magis quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas **quae, quantacumque <est> in me, numquam amicorum periculis defuit.**

Quae (et haec) **si** (ali)cui levior videtur, **illa quidem certe quae summa sunt ex quo fonte hauriam sentio.**

Nam nisi multorum praeceptis et multis litteris mihi ab adolescentia suasissem nihil esse in vita magno opere expetendum nisi laudem atque honestatem, **in ea** autem **persequenda** omnis (es) cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exsili parvi esse **ducenda, numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem.**

PRO ARCHIA 14, CICERONE, VALORE EDUCATIVO DELLA LETTERATURA

Nam nisi multorum praeceptis multisque litteris mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magno opere expetendum nisi laudem atque honestatem, in ea autem persequenda, omnis cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exsili parvi esse ducenda, numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem.

Sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas, quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet.

Quam multas nobis imagines -non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum- **fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt!**

Quas ego mihi semper in administranda re publica proponens, animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

De Divinatione, I, 1-2: La Divinazione presso gli antichi

Vetus opinio est iam usque ab heroicis ducta temporibus eaque et populi Romani et omnium gentium firmata consensu versari quendam inter homines divinationem quam Graeci μαντική (mantike) appellant id est praesensionem et scientiam rerum futurarum.

Magnifica quaedam res et salutaris, si modo est ulla, quaque proxime ad deorum vim natura mortalis possit accedere.

Itaque ut alia nos melius (agimus) multa quam Graeci sic huic praestantissimae rei nomen nostri (duxerunt) a divis, Graeci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt.

Gentem quidem nullam video neque tam humanam atque doctam neque tam immanem tamque barbaram quae non significari futura et a quibusdam intellegi praedicique posse censeat.

Principio Assyrii ut ab ultimis auctoritatem repetam **propter planitiam magnitudinemque regionum quas incolebant, cum caelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motusque stellarum observitaverunt,** quibus notatis, quid cuique significaretur memoriae prodiderunt.

Qua in natione Chaldaei, non ex artis sed ex gentis vocabulo nominati, **diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse ut praedici posset quid cuique eventurum (esset) et quo quisque fato natus esset.**

Eandem artem **etiam** Aegyptii longinquitate temporum, innumerabilibus paene saeculis consecuti (esse) **putantur, Cilicum autem et Pisidarum gens et his finitima Pamphylia quibus nationibus praeuimus ipsi, volatibus avium cantibusque, certissimis signis, declarari res futuras putant.**

Quam vero Graecia **coloniam** misit in Aeoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam, sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo? Aut **quod bellum** susceptum ab ea sine consilio deorum est?

De divinatione I,27, Cicerone. Due sogni straordinari

Quid? **illa duo somnia, quae** creberrime commemorantur a Stoicis, **quis tandem potest contemnere?**

Unum de Simonide: **qui (et hic), cum** ignotum quendam proiectum mortuum **vidisset et eum humavisset** (et) **haberet** in animo nave conscendere, **moneri visus est, ne id faceret, ab eo quem sepultura adfecerat;** (dixit)si navigavisset, eum naufragio esse periturum; itaque (traditum est) Simonidem redisse, perisse ceteros, qui tum navigassent.

Alterum ita **traditum (est)** clarum admodum somnium: **cum** duo quidam Arcades familiares iter una **facerent** et Megaram **venissent,** alterum ad cauponem divertisse, ad hospitem alterum, qui (et ei) **ut cenati quiescerent; (traditur) concubia nocte visum esse** in somnis ei qui erat in hospitio illum alterum orare ut subveniret, quod sibi a caupone interitus pararetur; eum primo, perterritum somnio, **surrexisse;** dein, **cum se conlegisset** et id visum pro nihilo habendum esse **duxisset, recubuisse;** tum ei dormienti eundem illum **visum esse** rogare, **ut, quoniam sibi vivo non subvenisset,**

mortem suam ne inultam esse **pateretur**; (**dixit**) **se interfectum**, in plaustrum a caupone **esse coniectum** et supra stercus **iniectum**; **petere**, ut mane ad portam adesset, prius quam plaustrum ex oppido exiret.

(traditum est) Hoc vero eum somnio commotum mane bubulco praesto ad portam **fuisse, quaesisse** ex eo, quid esset in plastro; illum perterritum **fugisse**, mortuum **erutum esse** cauponem, re patefacta, poenas **dedisse**. Quid hoc somnio dici potest divinius?

De Divinatione II, 9, Cicerone. E' meglio non conoscere il futuro

Ego **ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam**.

Quae enim vita fuisset Priamo, **si ab adolescentia scisset quos eventus senectutis esset habiturus?**

Abeamus a fabulis, propiora videamus.

Clarissimorum hominum nostrae civitatis gravissimos exitus in *Consolatione* conlegimus.

Quid igitur?

Ut omittamus superiores, **Marco/ne Crasso putas utile fuisse tum, cum maximis opibus fortunisque florebat, scire sibi**, interfecto Publio filio exercituque deleto, **trans Euphratem cum ignominia et dedecore esse pereundum?**

An Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria laetaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri, amisso exercitu, post mortem vero ea consecutura, quae sine lacrimis non possumus dicere?

Quid vero? Caesarem **putamus**, **si** **divinasset** **fore ut** in eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptasset, in curia Pompeia, ante ipsius Pompei simulacrum, **tot centurionibus suis inspectantibus**, a nobilissimis civibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita **iaceret**, **ut ad eius corpus non modo amicorum, sed ne servorum quidem quisquam accederet**, **quo cruciatu** animi vitam acturum fuisse?

Certe igitur ignoratio futurorum malorum utilior est quam scientia

De Divinatione, I, 46, Cicerone. Curiosus presagi

Atque ego exempla ominum nota proferam.

L. Paulus consul iterum, cum ei bellum ut cum rege Perse gereret obtigisset, ut ea ipsa die domum ad vesperum rediit, filiolarum suarum Tertiam, quae tum erat admodum parva, osculans animadvertit tristiculam.

(inquit).

"Quid est," inquit, "mea Tertia? quid tristis es?"

(inquit) "Mi pater," inquit, "Persa periit."

Tum ille artius puellam complexus **(inquit):**

'Accipio,' inquit, "mea filia, omen. Erat autem mortuus catellus eo nomine.

L. Flaccum, flaminem Martialem, ego audivi, cum diceret Caeciliam Metelli, cum vellet sororis suae filiam in matrimonium conlocare, exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa, (hoc) quod fieri more veterum solebat.

(Narrabat) Cum virgo staret et Caecilia in sella sederet, neque diu ulla vox exstitisset, puellam defatigatam petisse a matertera, ut sibi concederet paulisper ut in eius sella requiesceret;

(Narrabat) illam autem dixisse:

"Vero, mea puella, tibi concedo meas sedes."

Quod omen res consecuta est;

ipsa enim brevi mortua est, virgo autem nupsit (ei), cui Caecilia nupta fuerat.

Haec posse **contemni** vel etiam **rideri** praeclare intellego, **sed id ipsum est**: deos non esse **putare**, quae ab iis significantur **contemnere** (illa).

De divinatione I,50, Cicerone. Spesso i sogni si avverano

Apud Agathoclem scriptum in historia est **Hamilcarem** Karthaginiensem, **cum oppugnaret Syracusas**, visum esse **audire vocem se postridie cenaturum** (esse) Syracusis; **cum autem is dies inluxisset**, magnam seditionem in castris eius inter Poenos et Siculos milites esse factam; quod (et hoc) cum sensissent Syracusani, **improviso eos in castra inrupisse et Hamilcarem ab iis vivum esse sublatum**: ita res somnium comprobavit.

Plena exemplorum est historia, tum referta (est) vita communis.

At vero **P. Decius ille Quinti filius**, **qui primus e Deciis consul fuit**, **cum esset tribunus militum**, M. Valerio (et) A. Cornelio consulibus, **et a Samnitibus premeretur noster exercitus**, **cum pericula proeliorum iniret audacius et moneretur**, **ut cautior esset**, **dixit**, (hoc) **quod exstat in annalibus**, sibi in somnis visum esse, **cum in mediis hostibus versaretur**, occidere cum maxuma gloria.

Et tum quidem incolumis exercitum obsidione liberavit; post triennium autem, cum consul esset, devovit se et in aciem Latinorum inrupit armatus.

Quo (ET hoc) eius facto superati sunt **et deleti** (sunt) Latini. Cuius (et huius) mors **ita** gloriosa fuit, **ut** eandem concupisceret filius.

DE DIVINATIONE I, 77, CICERONE. LA SCONFITTA DEL TRASIMENO ATTRIBUITA AL DISPREGIO DEGLI AUSPICI

Quid? Bello Punico secundo nonne **C. Flaminius**, consul iterum, **neglexit signa rerum futurarum magna cum clade rei publicae?**

Qui **exercitu lustrato cum Arretium versus castra movisset** et contra **Hannibalem legiones duceret**, et ipse et equus eius ante signum Iovis Statoris sine causa repente **concidit nec eam rem habuit religioni**, **obiecto signo**, **ut peritis videbatur**, **ne committeret proelium**.

Idem, **cum tripudio auspicaretur**, **pullarius diem proelii committendi differebat**.

Tum **Flaminius ex eo quaesivit**, **si ne postea quidem pulli pascerentur**, **quid faciendum (esse) censeret**.

Cum ille quiescendum (esse) respondisset, **Flaminius (dixit)**:

"Praeclara vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, (si) saturis nihil geretur!"

Itaque signa convelli et se sequi iussit.

Quo tempore cum signifer primi hastati signum non posset movere loco, nec quicquam proficeretur plures cum accederent, Flaminius re nuntiata suo more neglexit.

Itaque tribus iis horis concisus (est) exercitus atque ipse interfectus est.

DE DIVINATIONE, II, 6-7. CICERONE. La divinazione non ha alcun fondamento

Quomodo ergo id quod temere fit caeco casu et volubilitate fortunae, praesentiri et praedici potest?

Medicus morbum ingravescentem ratione providet, insidias imperator, tempestates gubernator; et tamen ii ipsi saepe falluntur qui nihil sine certa ratione opinantur; ut agricola cum florem oleae videt bacam quoque se visurum (esse) putat non sine ratione ille quidem sed non numquam tamen fallitur.

Quod si falluntur ii qui nihil sine aliqua probabili coniectura ac ratione dicunt quid existimandum est de coniectura eorum qui extis aut avibus aut ostentis aut oraclis aut somniis futura praesentiunt?

Nondum dico quam haec signa nulla sint: fissum iecoris, corvi cantus, volatus aquilae, stellae traiectio, voces furentium, sortes, somnia; de quibus singulis dicam suo loco; nunc de universis.

Qui potest provideri quicquam futurum esse quod neque causam habet ullam neque notam cur futurum sit?

Solis defectiones itemque lunae praedicuntur in multos annos ab iis qui siderum motus numeris persequuntur;

ea praedicunt enim quae naturae necessitas perfectura est.

Vident ex constantissimo motu lunae **quando** illa e regione solis facta incurrat in umbram terrae **quae est meta noctis** (ita) **ut eam obscurari necesse sit**, **quandoque** eadem luna subiecta atque opposita soli nostris oculis eius lumen obscuret; **quo** in signo quaeque errantium stellarum, tempore futura sit, **qui** exortus quoque die signi alicuius **aut qui** occasus futurus sit.

Haec (ei) **qui ante dicunt quam rationem sequantur vides**.

(ei) Qui thesaurum inventum (iri) aut hereditatem venturam (esse) dicunt quid sequuntur? Aut in qua rerum natura inest id futurum?

Antoniane VI, I, 1-2. Cicerone espone al popolo le delibere del Senato

Audita vobis esse arbitror, Quirites, quae sint acta in senatu, quae fuerit cuiusque sententia.

Res enim, ex Kalendis Ianuariis agitata, paulo ante confecta est minus quidem illa severe, quam decuit, non tamen (confecta est) omnino dissolute.

Mora est adlata bello, non causa sublata (est).

Quam ob rem, quod quaesivit ex me P.Apuleius, homo et multis officiis mihi et summa familiaritate coniunctus et vobis amicissimus, ita respondebo, ut ea, quibus non interfuistis, nosse possitis.

Causa fortissimis optimisque consulibus Kalendis Ianuariis de re publica primum referendi fuit ex eo, quod XIII Kalendas Ian. senatus, me auctore, decrevit.

Eo die primum, Quirites, fundamenta sunt iacta rei publicae; fuit enim longo intervallo ita liber senatus, ut vos aliquando liberi essetis.

Quo quidem tempore, etiamsi ille dies vitae finem mihi adlaturus esset, satis magnum ceperam fructum, cum vos universi una mente atque voce iterum a me conservatam esse rem publicam conclamastis.

Antoniane VI, I, 2-3, Cicerone. Quali erano state le proposte di Cicerone

Hoc vestro iudicio tanto tamque praeclaro excitatus ita Kalendis Ianuariis veni in senatum ut meminissem quam personam impositam a vobis sustinerem.

Itaque, bellum nefarium inlatum rei publicae cum viderem, nullam moram interponendam (esse) insequendi M. Antonium **putavi**, **hominemque** audacissimum qui, **multis nefariis rebus ante commissis**, hoc tempore imperatorem populi Romani oppugnaret, coloniam vestram fidissimam fortissimamque obsideret, bello **censui** persequendum (esse):

tumultum esse **decevi**;

iustitiam edici, **saga sumi dixi** placere, **quo omnes acrius graviusque incumbent** ad ulciscendas rei publicae iniurias, **si** omnia gravissimi belli insignia suscepta (esse) a senatu **viderent**.

Itaque haec sententia, Quirites, sic per triduum valuit ut, **quamquam discessio facta non esset**, tamen praeter paucos omnes mihi **adsensuri** (esse) **viderentur**.

Hodierno autem die spe nescio qua eis obiecta, remissior senatus fuit.

Antoniane VI, II, 3-4 Cicerone. L'ambasceria ad Antonio si rivelerà inutile

Nam plures eam sententiam secuti sunt ut, **quantum senatus auctoritas vesterque consensus apud Antonium valiturus esset**, per legatos experiremur.

Intellego, Quirites, **a vobis hanc sententiam repudiari, neque iniuria.**

Ad quem enim (mittimus) legatos? Ad eumne (mittimus) **qui**, pecunia publica dissipata atque effusa per vim **et** contra auspicia impositis rei publicae legibus, fugata contione, obsesso senatu, ad opprimendam rem publicam Brundisio legiones arcessierit, (qui) ab eis relictus **cum latronum manu in Galliam inruperit**, (qui) Brutum oppugnet, (qui) Mutinam circumsedeat?

Quae vobis potest cum hoc gladiatore condicionis, aequitatis, legationis esse **communitas**? **quamquam, Quirites, non est illa legatio, sed denuntiatio belli, nisi paruerit: ita enim est decretum** ut si legati ad Hannibalem mitterentur.

Mittuntur enim (ei) **qui nuntient** ne oppugnet consulem designatum, ne Mutinam obsideat, ne provinciam depopuletur, ne dilectus habeat, (ut) sit in senatus populi Romani potestate.

Facile vero huic denuntiationi parebit, ut in (potestate sit) patrum conscriptorum atque in vestra potestate sit (is) qui in sua (potestate) numquam fuerit?

Antoniane VI, II, 4 - III 1-5, Cicerone. Le previsioni di Cicerone

Quid enim ille umquam arbitrio suo fecit? Semper eo tractus est quo libido rapuit, quo levitas, quo furor, quo vinolentia; semper eum duo dissimilia genera tenuerunt, lenonum et latronum; ita domesticis stupris, forensibus parricidiis delectatur ut mulieri citius avarissimae paruerit quam senatui populoque Romano.

Itaque, (hoc) quod paulo ante feci in senatu, faciam apud vos. Testificor, denuntio, ante praedico nihil M. Antonium eorum quae sunt legatis mandata facturum (esse); vastaturum (esse) agros, Mutinam obsessurum (esse), dilectus qua possit habiturum (esse).

Is est enim ille qui semper senatus iudicium et auctoritatem, semper voluntatem vestram potestatemque contempserit.

Antoniane VI, III, 6-7, Cicerone. Antonio è una belva pericolosissima

An ille id faciat quod paulo ante decretum est, ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Galliae, educeret, dum ne (purché non) propius urbem Romam cc milia admoveret?

Huic denuntiationi ille pareat, ille se fluvio Rubicone <et> cc milibus circumscriptum esse patiatur?

Non is est Antonius; nam si esset, non commisisset (ita) ut ei senatus tamquam Hannibali initio belli Punici denuntiaret ne oppugnaret Saguntum.

Quod vero ita (is) avocatur a Mutina ut ab urbe tamquam pestifera flamma arceatur, quam habet ignominiam, quod iudicium senatus!

Quid, quod (quanto al fatto che) a senatu dantur mandata legatis ut D. Brutum <milites>que eius adeant eisque demonstrent summa in rem publicam merita beneficiaque eorum grata esse senatui populoque Romano eisque eam rem magnae laudi magnoque honori fore, passurumne (esse) censetis Antonium introire Mutinam legatos, exire inde tuto?

Numquam patietur, mihi credite.

Novi violentiam, novi impudentiam, novi audaciam.

Nec vero de illo sicut de homine aliquo debemus, sed ut de importunissima belua cogitare.

Quae cum ita sint, non omnino dissolutum est (hoc) quod decrevit senatus: habet atrocitatis (=fiercezza) aliquid legatio: utinam nihil haberet morae!

Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis.

Antoniane VI, IV, 9-10, Cicerone. Anche Lucio contribuisce a istigarlo

Succurrendum est D. Bruto, omnes undique copiae conligendae (sunt); moram exhibere ullam in tali cive liberando sine scelere non possumus.

An ille non potuit, si Antonium consulem, si Galliam Antoni provinciam iudicasset, legiones Antonio et provinciam tradere, domum redire, triumphare, primus in hoc ordine, quoad magistratum iniret, sententiam dicere? quid negoti fuit?

Sed cum se Brutum esse meminisset vestraeque libertati natum (esse), non otio suo, quid egit aliud nisi ut paene (egit) corpore suo Gallia prohiberet Antonium?

Ad hunc utrum (ire oportebat) legatos an legiones ire oportebat?

Sed praeterita omittamus: properent legati, quod (=et hoc) video esse facturos; vos saga parate.

Est enim ita decretum ut, si ille auctoritati senatus non paruisset, ad saga iretur. Ibitur; non parebit: nos amissos (esse) tot dies rei gerendae queremur.

Non metuo, Quirites, ne, cum audierit Antonius, me hoc et in senatu et in contione confirmasse, numquam illum futurum (esse) in senatus potestate, refellendi mei causa, ut ego nihil vidisse videar, vertat se et senatui pareat.

Numquam faciet; non invidet huic meae gloriae; malet me sapientem a vobis quam se modestum existimari.

Quid? ipse si velit, num etiam Lucium fratrem passurum (esse) arbitramur?

(Lucius) Nuper quidem dicitur ad Tibur, ut opinor, cum ei labare M. Antonius videretur, mortem fratri esse minitatus.

Etiamne ab hoc myrmillone Asiatico senatus mandata, legatorum verba audientur?

Nec enim secerni a fratre poterit, tanta praesertim auctoritate.

Antoniane VI, 2,3, Cicerone. Pettegolezzi a discredito

Nam hic (Lucius) inter illos (Scipio) Africanus est: pluris habetur quam L. Trebellius, pluris quam T. Plancus, quam Extitius, adolescens nobilis.

Plancum quidem, qui omnibus sententiis maximo vestro plausu condemnatus, nescio quo modo, se coniecit in turbam atque ita maestus rediit ut retractus, non reversus videretur, sic contemnit tamquam si illi aqua et igni interdictum sit:

aliquando negat ei locum esse oportere in curia qui incenderit curiam.

Nam Trebellium valde iam diligit: oderat tum, cum ille tabulis novis adversabatur; iam fert in oculis, postea quam ipsum Trebellium vidit sine tabulis novis salvum esse non posse.

Audisse enim vos arbitror, Quirites, (hoc) quod etiam videre potuistis, cotidie sponsores et creditores L. Trebelli convenire.

O Fide!—hoc enim opinor Trebellium sumpsisse cognomen—quae potest esse maior fides quam fraudare creditores, domo profugere, propter aes alienum ire ad arma?

Ubi plausus ille in triumpho est, saepe ludis? Ubi aedilitas delata summo studio bonorum? Quis est qui hunc non casu existimet recte fecisse, nequitia sceleste?

Sed redeo ad amores deliciasque vestras, L. Antonium, qui vos omnis in fidem suam recepit.

Negatis? Num quisnam est vestrum qui tribum non habeat? Certe nemo est.

Atqui illum quinque et triginta tribus patronum adoptarunt.

Rursus reclamatis?

Aspicite illam a sinistra equestrem statuam inauratam: in qua (et in ea) quid inscriptum est? 'Quinque et triginta tribus patrono.'

Populi Romani igitur est patronus L. Antonius. Malam quidem illi pestem! clamori enim vestro adsentior.

Non modo hic latro quem clientem habere nemo velit sed quis umquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit qui se populi Romani, victoris dominique omnium gentium, patronum dicere auderet?

In foro L. Antoni statuam videmus, sicut illam Q. Tremuli, qui Hernicos devicit, ante (templum) Castoris.

O impudentiam incredibilem! Tantumne sibi sumpsit, quia Mylasis myrmillo Thraecem iugulavit, familiarem suum?

Quonam modo istum ferre possemus, **si in hoc foro spectantibus vobis depugnasset?**

Sed haec (est) una statua. Altera (est ab) equitibus Romanis equo publico, **qui item ascribunt, 'patrono.'**

Quem umquam iste ordo patronum adoptavit? **Si** (voluerit adoptare) **quemquam, debuit** (adoptare) **me.**

Sed me omitto.

Quem censorem, quem imperatorem (adoptaverunt)?..

Antoniane VI, VI, 15-17, Cicerone. Al ritorno degli ambasciatori non ci saranno più dubbi su Antonio

Ego autem vos hortor, Quirites, **ut, etiam si melius aliud fuit, tamen legatorum reditum exspectetis animo aequo.**

Celeritas detracta de causa est; boni tamen aliquid accessit ad causam.

Cum enim legati renuntiarint (hoc) **quod certe renuntiabunt, non in vestra potestate, non in senatus esse Antonium, quis erit tam improbus civis qui illum civem habendum (esse) putet?**

Nunc enim sunt pauci **illi** quidem, sed tamen (sunt) **plures quam re publica dignum est, qui ita loquantur: 'Ne legatos quidem exspectabimus?'**

Istam certe vocem simulationemque clementiae extorquebit istis res ipsa publica. Quo etiam, ut confitear vobis, Quirites, minus hodierno die **contendi, minus laboravi, ut mihi senatus adsentiens tumultum decerneret, saga sumi iuberet.**

Malui **viginti diebus post sententiam meam laudari ab omnibus quam a paucis hodie vituperari.**

Antoniane VI, VI, 17-VII, 18, Cicerone. Vigilerò su di voi

Quapropter, Quirites, **exspectate legatorum reditum et paucorum dierum molestiam devorate.**

Qui cum redierint, si pacem adferent, cupidum me (iudicatote), si bellum (adferent), providum iudicatote.

An ego non **provideam** meis civibus, non dies noctesque de vestra libertate, de rei publicae salute **cogitem?**

Quid enim non debeo vobis, Quirites, **quem vos a se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus praetulistis?**

An ingratus sum? Quis (sit) minus? (ego) **qui, partis honoribus, eosdem in foro gessi labores, quos (in) petendis (iis).**

Rudis (sum) in re publica? Quis (est) exercitator? (ego) qui viginti iam annos bellum geram cum impiis civibus.

Quam ob rem, Quirites, consilio quantum potero, labore plus paene quam potero, excubabo vigilaboque pro vobis.

Etenim quis est civis, praesertim hoc gradu quo me vos esse voluistis, tam oblitus benefici vestri, tam immemor patriae, tam inimicus dignitati suae quem non excitet, non inflammet tantus vester iste consensus?

Multas magnasque habui consul contiones, multis (contionibus) interfui: nullam umquam vidi tantam quanta nunc vestra est.

Antoniane VI, VII, 18-19, Cicerone. Il popolo romano non può temere la schiavitù

Unum sentitis omnes, unum studetis, M. Antoni conatus avertere a re publica, furorem extinguere, opprimere audaciam.

Idem volunt omnes ordines; eodem incumbunt municipia, coloniae, cuncta Italia.

Itaque senatum bene sua sponte firmum, firmiorem vestra auctoritate fecistis.

Venit tempus, Quirites, serius omnino quam dignum populo Romano fuit, sed tamen ita maturum ut differri iam hora non possit.

Fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam, quem tulimus, quoquo modo ferendus fuit: nunc si quis (casus) erit, erit voluntarius.

Populum Romanum servire fas non est, quem di immortales omnibus gentibus imperare voluerunt.

Res in extremum est adducta discrimen; de libertate decernitur.

Aut vincatis oportet, Quirites, (et hoc) quod profecto et pietate vestra et tanta concordia consequemini, aut (oportet) quidvis potius quam serviatis.

Aliae nationes servitutem pati possunt, populi Romani est propria libertas.

Filippiche 7,7-10, Cicerone. Impossibile fare pace con Antonio

Itaque ego ille qui semper pacis auctor fui, cuique pax, praesertim civilis, quamquam omnibus bonis, tamen in primis fuit optabilis - omne enim curriculum industriae nostrae in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est; hinc honores amplissimos, hinc mediocri opes, hinc dignitatem **si quam habemus** consecuti sumus - **ego igitur pacis, ut ita dicam, alumnus qui quantuscumque sum - nihil enim mihi adrogo - sine pace civili certe non fuissem - periculose dico:**

quem ad modum accepturi, patres conscripti, sitis, horreo, sed pro mea perpetua cupiditate vestrae dignitatis retinendae et augendae quaeso oroque vos, patres conscripti, ut primo, etsi erit vel acerbum auditu vel incredibile a M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione quod dixerò, neve id prius quam quale sit explicare repudiatis

- **ego ille, dicam saepius, pacis semper laudator, semper auctor, pacem cum M. Antonio esse nolo.**

Magna spe ingredior in reliquam orationem, patres conscripti, quoniam periculosissimum locum silentio sum praetervectus.

Cur igitur pacem nolo? Quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest.

Quae tria dum explico, peto a vobis, patres conscripti, ut eadem benignitate qua soletis mea verba audiatis.

Quid est inconstantia, levitate, mobilitate cum singulis hominibus, tum vero universo senatui turpius? quid (est) porro inconstantius quam quem modo hostem non verbo sed re multis decretis iudicavistis, cum hoc subito pacem velle coniungi?

Nisi vero (salvo che), cum C. Caesari meritis illi quidem honores et debitos, sed tamen singularis et immortalis decrevistis, unam ob causam quod contra M. Antonium exercitum comparavisset, non hostem tum Antonium iudicavistis, nec tum hostis est a vobis iudicatus Antonius cum laudati sunt auctoritate vestra veterani milites qui C. Caesarem secuti essent, nec tum hostem Antonium iudicavistis cum fortissimis legionibus, quod illum, qui consul appellabatur, cum esset hostis, reliquissent, vacationes, pecunias, agros spoondistis.

IL VALORE DELLA LIBERTA'. Filippicae, X, 20, Cicerone

Magna nos quidem spe et prope explorata libertatis causam suscepimus;

sed ut concedam incertos exitus esse belli Martemque communem, tamen pro libertate vitae periculo decertandum est.

Non enim in spiritu vita est, sed ea nulla est omnino servienti.

Omnes nationes servitute ferre possunt, nostra civitas non potest, nec ullam aliam ob causam, nisi quod illae laborem doloremque fugiunt, quibus ut careant, omnia perpeti possunt, nos ita a maioribus instituti atque imbuti sumus, ut omnia consilia atque facta ad dignitatem et ad virtutem referremus.

Ita praeclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda.

Quodsi (=e se) immortalitas consequeretur praesentis periculi fugam, tamen eo magis ea fugienda (esse) videretur, quo diuturnior servitus esset.

Cum vero dies et noctes omnia nos undique fata circumstent, non est viri et minime Romani dubitare eum spiritum, quem naturae debeat, patriae reddere.

Philippicae V, 42-45, Cicerone. Si conceda l'imperium a Cesare Ottaviano, sebbene non abbia raggiunto l'età legale

42. Venio ad C. Caesarem, patres conscripti; qui nisi fuisset, quis nostrum esse potuisset?

Advolabat ad urbem a Brundisio homo impotentissimus (incapace di dominarsi) ardens odio, animo hostili in omnis bonos cum exercitu, Antonius.

Quid huius audaciae et sceleri poterat opponi?

Nondum ullos duces habebamus, non copias; nullum erat consilium publicum, nulla libertas; dandae cervices erant crudelitati nefariae; fugam quaerebamus omnes, quae ipsa exitum non habebat.

43. Quis tum nobis, quis populo Romano obtulit hunc divinum adolescentem deus?

Qui, cum omnia ad perniciem nostram pestifero illi civi paterent, subito praeter spem omnium exortus confecit exercitum, quem furori M. Antoni opponeret, priusquam quisquam hoc eum cogitare suspicaretur.

Magni honores habiti (sunt) **Cn. Pompeio**, **cum esset adulescens**, **et quidem iure: subvenit** enim rei publicae, sed aetate multo robustior et militum ducem quaerentium studio paratior et in alio genere belli.

Non enim omnibus Sullae causa **grata est**. Hoc **declarat** multitudo proscriptorum, tot municipiorum maximae calamitates.

44. Caesar autem annis multis minor veteranos cupientis iam requiescere **armavit**;

eam **complexus est** causam, quae esset senatui, quae populo, quae cunctae Italiae, quae dis hominibusque gratissima.

Et Pompeius ad L. Sullae maximum imperium victoremque exercitum **accessit**;

Caesar se ad neminem **adiunxit**; ipse princeps exercitus faciendi et praesidii comparandi **fuit**.

Ille adversariorum partibus agrum Picenum **habuit** inimicum, hic ex Antoni amicis, sed amicioribus libertatis contra Antonium **confecit** exercitum.

Illius opibus Sulla **regnavit**, huius praesidio Antoni dominatus **oppressus est**.

45. **Demus** igitur imperium Caesari, **sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest**; sit pro praetore eo iure, quo (is) qui optimo (iure est).

Qui honos quamquam est magnus illi aetati, tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad dignitatem valet.

In Verrem II, 4, 94, Cicerone. Gli scherani di Verre tentano un furto notturno

Herculis templum est apud Agrigentinos non longe a foro sane sanctum apud illos et religiosum.

Ibi est ex aere simulacrum ipsius Herculis, **quo non facile dixerim quicquam me vidisse pulchrius** (tametsi non tam multum in istis rebus intellego quam multa vidi), **usque eo, iudices, ut** rictum eius ac mentum paulo sit attritius, **quod in precibus et gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent.**

Ad hoc templum, cum esset iste Agrigenti, duce Timarchide, repente nocte intempesta servorum armatorum fit concursus atque impetus.

Clamor a vigilibus fanique custodibus tollitur.

Qui primum cum obsistere ac defendere conarentur, male mulcati clavis ac fastibus repelluntur.

Postea convolsis repagulis efractisque valvis demoliri signum ac vectibus labefactare conantur.

Interea ex clamore fama tota urbe percrebuit expugnari deos patrios non hostium adventu necopinato neque repentino praedonum impetu, sed ex domo atque ex cohorte praetoria manum fugitivorum instructam armatamque venisse.

Nemo Agrigenti neque aetate tam adfecta neque viribus tam infirmis fuit qui non illa nocte, eo nuntio excitatus, surrexerit telumque quod cuique fors offerebat arripuerit.

Itaque brevi tempore ad fanum ex urbe tota concurritur.

In Verrem, II, 5, 27, Cicerone. Mollezza del pretore Verre

Temporibus hibernis, ad magnitudinem frigoris et tempestatum vim ac fluminum, praeclarum hoc sibi remedium (Verres) comparaverat:

urbem Syracusas elegerat, cuius talis status atque natura esse loci caelique dicitur, ut nullus umquam dies tam magna ac turbulenta tempestate fuerit, quin aliquo tempore eius diei solem homines viderint.

Hic ita vivebat iste bonus imperator hibernis mensibus, ut eum non facile non modo extra tectum, sed ne extra lectum quidem quisquam videret.

Cum autem ver esse coeperat,

– cuius initium iste non a Favonio neque ab aliquo astro notabat, sed, cum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur –

dabat se labori atque itineribus, in quibus eo usque se praebebat patientem atque impigrum, ut nemo umquam in equo sedentem viderit.

Nam, ut mos fuit Bithyniae regibus, lectica ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, rosa fartus; ipse autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo, reticulumque ad nares sibi admovebat tenuissimo lino, plenum rosae.

Sic confecto itinere, cum ad aliquod oppidum venerat, eadem lectica usque in cubiculum deferebatur.

De Lege Agraria, II, 8-9, Cicerone. Un console espone il suo programma di governo

Ego qualem Kalendis Ianuariis acceperim rem publicam, Quirites, intellego, plenam sollicitudinis, plenam timoris; in qua nihil erat mali, nihil adversi quod non boni metuerent, improbi exspectarent.

Omnia turbulenta consilia contra hunc rei publicae statum et contra vestrum otium partim iniri, partim nobis consulibus designatis inita esse dicebantur.

Sublata erat de foro fides non ictu aliquo novae calamitatis, sed suspicione ac perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum.

Novae dominationes, extraordinaria non imperia, sed regna quaeri putabantur.

Quae cum ego non solum suspicarer, sed plane cernerem--neque enim obscure gerebantur--dixi in senatu in hoc magistratu me popularem consulem futurum.

Quid enim est tam populare quam pax?

qua non modo ei quibus natura sensum dedit sed etiam tecta atque agri mihi laetari videntur.

Quid tam populare quam libertas? quam non solum ab hominibus verum etiam a bestiis expeti atque omnibus rebus anteponi videtis.

Quid tam populare quam otium? quod ita iucundum est ut et vos et maiores vestri et fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos (esse) putet, ut aliquando in otio possit esse, praesertim in imperio ac dignitate.

Quin idcirco etiam maioribus nostris praecipuam laudem gratiamque debemus, quod eorum labore est factum uti impune in otio esse possemus.

Qua re qui (=quomodo) possum non esse popularis, cum videam haec omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam generis ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia quae vobis cara atque ampla sunt in fidem et quodam modo in patrocinium mei consulatus esse conlata?

In Verrem, II, 11, 2, Cicerone. Rispetto dei Romani per le città vinte

P. Africanus, Carthagine deleta, Siculorum urbes signis monumentisque pulcherrimis exornavit, (ita) ut, quos victoria populi Romani maxime laetari arbitrabatur, apud eos monumenta victoriae plurima collocaret.

Denique ille ipse M. Marcellus, cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri Siculi perspexerunt, non solum sociis eo bello consuluit, verum etiam superatis hostibus temperavit.

Urbem pulcherrimam, Syracusas, cum vi consilioque cepisset, non solum incolumen passus est esse, sed ita reliquit ornatum, ut esset idem monumentum victoriae, mansuetudinis, continentiae, cum homines viderent et quid expugnasset et quibus pepercisset et quae reliquisset.

Tantum ille honorem habendum (esse) Siciliae putavit, ut ne hostium quidem urbem ex sociorum insula tollendam (esse) arbitraretur.

Itaque ad omnes res Sicilia provincia usi sumus (ita) ut, quidquid ex sese posset efferre, id non apud eos nasci, sed domi nostrae conditum (esse) iam putaremus.

Quando illa frumentum, quod deberet, non ad diem dedit? Quando id, quod opus esse putaret, non ultro pollicita est?

Itaque ille M. Cato sapiens cellam penariam rei publicae, nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat.

In Verrem II, 45, Cicerone. Falsa accusa di Verre per scagionarsi da un furto sacrilego.

Sacrarium Cereris est apud Catinensis eadem religione qua (est) Romae, qua in ceteris locis, qua prope in toto orbe terrarum.

In eo sacrario intimo signum fuit Cereris perantiquum, quod viri non modo cuius modi esset (sciebant) sed ne esse quidem sciebant;

aditus enim in id sacrarium non est viris;

sacra per mulieres ac virgines confici solent.

Hoc signum noctu clam istius servi ex illo religiosissimo atque antiquissimo loco sustulerunt.

Postridie sacerdotes Cereris atque illius fani antistitae, maiores natu, probatae ac nobiles mulieres, rem ad magistratus suos deferunt.

Omnibus acerbum, indignum, luctuosum denique videbatur.

Tum iste permotus illa atrocitate negotii, ut ab se sceleris illius suspicio demoveretur, dat hospiti suo cuidam negotium ut aliquem reperiret quem illud fecisse insimularet, daretque operam ut is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine.

Res non procrastinatur. Nam cum iste Catina profectus esset, servi cujusdam nomen defertur; is accusatur, ficti testes in eum dantur.

Rem cunctus senatus Catinensium legibus iudicabat.

Sacerdotes vocantur; ex iis quaeritur secreto in curia quid esse factum arbitrarentur, quemadmodum signum esset ablatum.

Respondent illae praetoris in eo loco servos esse visos (esse).

Res, quae esset iam antea non obscura, sacerdotum testimonio perspicua esse coepit.

Itur in consilium; servus ille innocens omnibus sententiis absolvitur, quo facilius vos hunc omnibus sententiis condemnare possitis

In Verrem III, 3, Cicerone. Ogni persona onesta è necessariamente ostile a Verre

(is) Qui religiones deorum immortalium retinere vult, ei qui fana spoliavit omnia, qui ex tensorum orbitis praedari sit ausus, inimicus non esse qui (=quomodo) potest?

Qui iure aequo omnis putat esse oportere, is tibi non infestissimus sit, cum cogitet varietatem libidinemque decretorum tuorum?

Qui sociorum iniuriis provinciarumque incommodis doleat, is in te non expilatione Asiae, vexatione Pamphyliae, squalore et lacrimis Siciliae concitetur?

Qui civium Romanorum iura ac libertatem sanctam apud omnis haberi velit, is non tibi plus etiam quam inimicus esse debeat, cum tua verbera, cum securis, cum cruce ad civium Romanorum supplicia fixas recordetur?

an si (ali)qua in re contra rem meam decrevisset aliquis iniuria, iure ei me inimicum esse arbitrare:

cum omnia contra omnium bonorum rem, causam, rationem, utilitatem, voluntatemque fecerit, quaeris cur ei sim inimicus cui populus Romanus infestus est?

In Verrem, IV, LIV, Cicerone. Umanità e correttezza di Marcello nel saccheggio di Siracusa

Marcellus cum tam praeclaram urbem vi copiisque cepisset, non putavit ad laudem populi Romani hoc pertinere, hanc pulchritudinem, ex qua praesertim periculi nihil ostenderetur, delere et exstinguere.

Itaque aedificiis omnibus, publicis privatis, sacris profanis, sic pepercit quasi ad ea defendenda cum exercitu, non oppugnanda venisset.

In ornatu urbis habuit victoriae rationem, habuit humanitatis; victoriae putabat esse multa Romam deportare quae ornamento urbi esse possent, (putabat esse) humanitatis non plane exspoliare urbem, praesertim quam conservare voluisset.

In hac partitione ornatus non plus victoria Marcelli populo Romano adpetivit quam humanitas Syracusanis reservavit.

Romam quae adportata sunt, ad aedem Honoris et Virtutis itemque aliis in locis videmus.

Nihil in aedibus, nihil in hortis posuit, nihil in suburbano; putavit, si urbis ornamenta domum suam non contulisset, domum suam ornamento urbi futuram.

Pro Milone 10-11, Cicerone. Milone ha agito per legittima difesa

Milo autem cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus est dimissus, domum venit;

calceos et vestimenta mutavit; paulisper, dum se uxor (ut fit) comparat, commoratus est; dein profectus (est) id temporis (=a quell'ora) cum iam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset.

Ob viam fit ei Clodius, expeditus, in equo, nulla raeda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus, ut solebat, sine uxore, (hoc) quod (fiebat) numquam fere; cum hic insidiator, qui iter illud ad caedem faciendam apparasset, cum uxore **veheretur** in raeda, paenulatus, (cum) magno et impedito et muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu.

Fit ob viam Clodio ante fundum eius hora fere undecima, aut non multo secus (o non molto diversamente).

Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum: adversi raedarium occidunt.

Cum autem hic de raeda, reiecta paenula, desilisset, seque acri animo defenderet, **illi** qui erant cum Clodio, gladiis eductis, **partim** recurrere ad raedam, ut a tergo Milonem adorirentur, **partim**, quod hunc iam interfectum (esse) putarent, caedere incipiunt eius servos, qui post erant.

Ex quibus qui animo fideli in dominum et praesenti fuerunt, **partim** occisi sunt **partim cum** ad raedam pugnari viderent, domino succurrere prohiberentur, Milonem occisum (esse) et ex ipso Clodio audirent et re vera putarent fecerunt **id servi Milonis**--dicam enim aperte non derivandi criminis causa sed ut factum est--nec imperante nec sciente nec praesente domino, **quod** suos quisque servos in tali re facere voluisset.

Haec sicuti exposui ita gesta sunt, iudices:

insidiator **superatus est**, vi **victa (est)** vis vel potius **oppressa** virtute audacia est.

De lege agraria, II, 5, 10-12, Cicerone. Cicerone rispetta la memoria dei Gracchi

Nam vere dicam, Quirites: genus ipsum legis agrariae vituperare non possum.

Venit enim mihi in mentem duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebei Romanae viros, Ti. et C. Gracchos, plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur.

Non sum autem ego is consul qui, ut plerique, nefas esse arbitrer Gracchos laudare, quorum consiliis, sapientia, legibus multas esse video rei publicae partis constitutas.

Itaque, ut, initio mihi designato, consuli nuntiabatur legem agrariam tribunos plebis designatos conscribere, **cupiebam** quid cogitarent **cognoscere**;

etenim arbitrabar, quoniam eodem anno gerendi nobis essent magistratus, esse aliquam oportere inter nos rei publicae bene administrandae societatem.

Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar, et, cum ostenderem, si lex utilis plebi Romanae mihi videretur, auctorem me atque adiutorem futurum (esse), tamen aspernabantur hanc liberalitatem meam;

negabant me adduci posse ut ullam largitionem probarem.

Finem feci offerendi mei ne forte mea sedulitas aut insidiosa aut impudens videretur.

In Catilinam, I, 11, 27-28, Cicerone. La patria parla a Cicerone invitandolo ad agire subito contro Catilina

'M.Tulli, quid agis?

Tunc eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem expectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, evocatorem servorum et civium perditorum, exire patiere, (ita) ut ab te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur?

Nonne hunc in vincla duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis?

Quid tandem te impedit? mosne maiorum (impedit)? At persaepe etiam privati in hac re publica perniciosos cives morte multarunt. An (impediunt) leges, quae de civium Romanorum supplicio rogatae sunt?

At numquam in hac urbe (eos), qui a re publica defecerunt, civium iura tenuerunt. An invidiam posteritatis times?

Praeclaram vero populo Romano refers gratiam, qui te, hominem per te cognitum nulla commendatione maiorum tam mature ad summum imperium per omnis honorum gradus extulit, si propter invidiam aut alicuius periculi metum salutem civium tuorum neglegis.

Catilinarie, IV, 3, Cicerone. Provvedete alla patria, non pensate a me

Quare, patres conscripti, consulite vobis, prospicite patriae, conservate vos, coniuges, liberos fortunasque vestras, populi Romani nomen salutemque defendite; mihi parcere ac de me cogitare desinite.

Nam primum debeo sperare omnis deos, qui huic urbi praesident, pro (=secondo) eo mihi, ac (=che = quam) mereor, relatuos esse gratiam; deinde, si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar.

Nam neque turpis mors forti viro potest accidere neque immatura consulari nec misera sapienti.

Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis maerore non movear horumque omnium lacrumis, a quibus me circumsessum videtis; neque meam mentem non domum saepe revocat exanimata uxor et abiecta metu filia et parvulus filius quem mihi videtur amplecti respublica tamquam obsidem consulatus mei, neque (revocat) ille, qui expectans huius exitum diei stat in conspectu meo, gener.

Moveor his rebus omnibus, sed (moveor) in eam partem, uti salvi sint vobiscum omnes, etiamsi me vis aliqua oppresserit, potius, quam et illi et nos una rei publicae peste pereamus.

PRO CAELIO 1, CICERONE. INIZIO DI UN PROCESSO SINGOLARE

Si quis, iudices, forte nunc adsit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis nostrae, miretur profecto, quae sit tanta atrocitas huiusce causae, quod diebus festis ludisque publicis, omnibus forensibus negotiis intermissis unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto civitas stare non possit.

idem cum audiat esse legem, quae de seditiosis consceleratisque civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint, rem publicam oppugnarint, cotidie quaeri iubeat, legem non improbet, crimen quod versetur in iudicio, requirat.

Cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari, sed adulescentem illustri ingenio, industria, gratia accusari ab eius filio, quem ipse in iudicium et vocet et vocarit, oppugnari autem opibus meretriciis, illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet, vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse.

Pro Caelio, 14,33-34, Cicerone. Aspri rimproveri a Clodia

Qui profecto si exstiterit sic aget ac sic loquetur:

"Mulier, quid (est) tibi cum Caelio quid cum homine adulescentulo quid cum alieno?"

Cur aut **tam** familiaris huic fuisti **ut** aurum commodares aut **tam** (fuisti) inimica **ut** venenum timeres?

Non patrem tuum **videras non** patruum **non** avum **non** proavum **non** abavum **non** atavum **audieras** consules fuisse;

non denique modo te Q. Metelli matrimonium tenuisse **sciebas** clarissimi ac fortissimi viri patriaeque amantissimi qui simul ac pedem limine extulerat omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat?

Cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses **cur tibi Caelius tam coniunctus fuit?**

cognatus, adfinis, viri tui familiaris (**erat**)? Nihil eorum.

Quid igitur **fuit** nisi quaedam temeritas ac libido?

Nonne te si nostrae imagines viriles **non commovebant**, **ne** progenies quidem mea, Q. illa Claudia aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse **admonebat**, **non** virgo illa Vestalis Claudia quae patrem complexa **triumphantem** ab inimico tribuno plebei de curru detrahi **passa non est?**

Pro Caelio 39-42, Cicerone. Si conceda alla gioventù qualche svago

Dicet aliquis:

"Haec **est** igitur tua disciplina? sic tu **instituis** adolescentes? **ob** hanc causam tibi hunc puerum parens **commendavit** et **tradidit**, **ut** in amore atque in voluptatibus adolescentiam suam collocaret, et ut hanc tu vitam atque haec studia defenderes?"

Ego, si quis, iudices, **hoc** robore animi atque **hac** indole virtutis ac continentiae fuit **ut** respueret omnes voluptates omnemque vitae suae cursum in labore corporis atque in animi contentione **conficeret**, quem non quies, non remissio, non aequalium studia, non ludi, non convivia delectarent, **nihil**

in vita expetendum (esse)putaret nisi (hoc) quod esset cum laude et cum dignitate coniunctum, hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum (esse) atque ornatum (esse) **puto**.

Ex hoc genere illos fuisse **arbitror** Camillos, Fabricios, Curios omnesque eos qui haec ex minimis tanta fecerunt.

Verum haec genera virtutum non solum in moribus nostris sed vix iam in libris reperiuntur.

Chartae quoque quae illam pristinam severitatem continebant, **obsoleverunt**;

neque solum apud nos qui hanc sectam rationemque vitae re magis quam verbis secuti sumus, sed etiam apud Graecos doctissimos homines, quibus, cum facere non possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat, alia quaedam **mutatis Graeciae temporibus** praecepta extiterunt.

Itaque alii voluptatis causa omnia sapientes facere dixerunt, neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt; alii cum voluptate dignitatem coniungendam (esse) putaverunt, ut res maxime inter se repugnantes dicendi facultate coniungerent; **illud unum directum iter ad laudem cum labore (ei) qui probaverunt**, prope soli iam in scholis sunt relict.

Quam ob rem si quem forte inveneritis qui **aspernetur** oculis pulchritudinem rerum, (qui) non odore ullo, non tactu, non sapore **capiatur**, (qui) excludat auribus omnem suavitatem, **huic homini** ego fortasse et pauci (putabunt) **deos propitios (esse)**, plerique autem **iratos (esse)** putabunt.

Ergo haec deserta via et inculta atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur.

Detur aliqui ludus aetati; **sit** adulescentia liberior, non omnia voluptatibus **denegentur**; non semper **superet** vera illa et directa ratio; **vincat** aliquando cupiditas voluptasque rationem, dum modo illa in hoc genere praescriptio moderatioque teneatur: parcat iuventus pudicitiae suae, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne faenore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam, ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quem vi terreat, ne intersit insidiis, scelere careat.

Postremo, cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum aetatis atque ad inanes hasce adulescentiae cupiditates, revocet se aliquando ad curam rei domesticae, rei forensis reique publicae, ut ea, quae ratione antea non perspexerat, **satieta abiecis**, **experiendo contempsisse** videatur.

Orationes, Pro Roscio Amerino, 64, Cicerone. Possono due ragazzi uccidere il loro padre?

Non ita multis ante annis aiunt T. Caelium quendam Terracinensem, hominem non obscurum, cum cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adolescentibus filiis isset, inventum esse mane iugulatum.

Cum neque servus quisquam reperiretur neque liber ad quem ea suspicio pertineret, id aetatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent, nomina filiorum de parricidio delata sunt.

Quid poterat tam esse suspiciosum? neutrumne sensisse? ausum autem esse quemquam se in id conclave committere eo potissimum tempore cum ibidem essent duo adolescentes filii qui et sentire et defendere facile possent?

Erat porro nemo in quem ea suspicio conveniret.

Tamen, cum planum iudicibus esset factum aperto ostio dormientis eos repertos esse, iudicio absoluti adolescentes et suspicione omni liberati sunt.

Nemo enim putabat quemquam esse qui, cum omnia divina atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset.

DE NATURA DEORUM (I,4) CICERONE. Perché Cicerone si è occupato di filosofia.

Sin autem quis requirit quae causa nos inpulerit ut haec tam sero litteris mandaremus, nihil est quod expedire tam facile possimus.

Nam cum otio langueremus et is esset rei publicae status ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset, primum ipsius rei publicae causa philosophiam nostris hominibus explicandam (esse) putavi, magni existimans interesse ad decus et ad laudem civitatis res tam gravis tamque praeclaras Latinis etiam litteris contineri.

Eoque me minus instituti mei paenitet, quod facile sentio quam multorum non modo discendi sed etiam scribendi studia commoverim.

Complures enim Graecis institutionibus eruditi ea quae didicerant cum civibus suis communicare non poterant, quod illa quae a Graecis accepissent Latine dici posse diffiderent;

quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Graecis ne verborum quidem copia vinceremur.

Hortata etiam est ut me ad haec conferrem animi aegritudo fortunae magna et gravi commota iniuria; cuius si maiorem aliquam levationem reperire potuissem, non ad hanc potissimum confugissem.

Ea vero ipsa nulla ratione melius frui potui quam si me non modo ad legendos libros sed etiam ad totam philosophiam pertractandam dedissem.

Omnes autem eius partes atque omnia membra tum facillime noscuntur, cum totae quaestiones scribendo explicantur;

est enim admirabilis quaedam continuatio seriesque rerum, ut alia ex alia nexa et omnes inter se aptae conligataeque videantur.

De natura deorum, I, 7, Cicerone. Cicerone divulgatore della filosofia.

Sin autem (ali)quis requirit, quae causa nos inpulerit, ut haec tam sero litteris mandaremus, nihil est, quod expedire tam facile possimus.

Nam cum otio langueremus et is esset rei publicae status, ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset, primum ipsius rei publicae causa philosophiam nostris hominibus explicandam (esse) putavi, magni existimans interesse ad decus et ad laudem civitatis res tam gravis tamque praeclaras Latinis etiam litteris contineri.

Nec me instituti mei poenitet, quod facile sentio quam multorum non modo discendi, sed etiam scribendi studia commoverim.

Complures enim, Graecis institutionibus eruditi, ea quae didicerant cum civibus suis communicare non poterant, quod illa, quae a Graecis accepissent, Latine dici posse diffiderent.

De natura deorum II, 95, Cicerone. L'esistenza di Dio in Cicerone

Praeclare ergo Aristoteles (inquit)

'Si **essent** (ei)', inquit, 'qui sub terra semper habitavissent bonis et inlustribus domiciliis, quae essent ornata signis atque picturis instructaque rebus his omnibus, quibus abundant i, qui beati putantur, (qui) **nec** tamen **exissent** umquam supra terram, (qui) **accepissent** autem fama et auditione esse quoddam numen et vim deorum, (qui) deinde aliquo tempore patefactis terrae faucibus ex illis abditis sedibus **evadere** in haec loca, quae nos incolimus, atque **exire potuissent**: **cum** repente terram et maria caelumque **vidissent**, nubium magnitudinem ventorumque vim **cognovissent aspexissentque** solem eiusque **cum** magnitudinem pulchritudinemque, **tum** etiam efficientiam **cognovissent**, quod is diem efficeret toto caelo luce diffusa, **cum autem terras nox opacasset**, **tum** caelum totum **cernerent** astris distinctum et ornatum lunaeque luminum varietatem **tum** crescentis, **tum** senescentis, eorumque omnium ortus et occasus atque in omni aeternitate ratos inmutabilesque cursus -- **quae cum viderent**, profecto **et esse deos et haec tanta opera deorum esse arbitrarentur.**'

De natura deorum, II, 140, Cicerone: Perfezione del nostro organismo

Sunt ex terra homines non ut incolae atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque caelestium, **quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet.**

Sensus autem interpretes ac nuntii rerum in capite tamquam in arce mirifice ad usus necessarios **et facti et conlocati sunt.**

Nam oculi tamquam speculatores altissimum locum optinent, **ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere;**

et aures, **cum sonum percipere debeant**, qui natura in sublime fertur, **recte in altis corporum partibus collocatae sunt;**

itemque nares et, **quod omnis odor ad supera fertur**, **recte sursum sunt et**, **quod cibi et potionis iudicium magnum earum est**, **non sine causa vicinitatem oris secutae sunt.**

Iam gustatus, **qui sentire eorum, quibus vescimur, genera deberet**, **habitat in ea parte oris**, qua esculentis et posculentis iter natura patefecit.

Tactus autem toto corpore aequabiliter fusus est, **ut omnes ictus omnesque minimos et frigoris et caloris adpulsus sentire possimus**

De natura deorum, II, 154-155. Il mondo è stato fatto per l'uomo

Principio ipse mundus deorum hominumque causa factus est, **quaeque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum et inventa sunt.**

Est enim mundus quasi communis deorum atque hominum domus aut urbs utrorumque; soli enim **ratione utentes iure ac lege vivunt.**

Ut igitur Athenas et Lacedaemonem Atheniensium Lacedaemoniorumque causa putandum est conditas esse omniaque, quae sint in his urbibus, eorum populorum recte esse dicuntur, sic ea, quaecumque sunt in omni mundo, deorum atque hominum putanda sunt.

Iam vero circumitus solis et lunae reliquorumque siderum, **quamquam etiam ad mundi cohaerentiam pertinent, tamen et spectaculum hominibus praebent; nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior et ad rationem sollertiamque praestantior; eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum et varietates mutationesque cognovimus.**

Quae si hominibus solis nota sunt, hominum facta esse causa iudicandum est.

DE NATURA DEORUM, II,95, CICERONE. DIO SI RICONOSCE DALLE SUE OPERE

Praeclare ergo Aristoteles (inquit):

Si essent, inquit, (ei) **qui sub terra semper habitavissent bonis et inlustribus domiciliis, quae essent ornata signis atque picturis instructaque rebus his omnibus, quibus abundant i, qui beati putantur, (qui)nec tamen exissent umquam supra terram, accepissent autem fama et auditione esse quoddam numen et vim deorum, (qui)deinde aliquo tempore patefactis terrae faucibus ex illis abditis sedibus evadere in haec loca, quae nos incolimus, atque exire potuissent: cum repente terram et maria caelumque vidissent, /nubium magnitudinem ventorumque vim cognovissent aspexissentque / solem eiusque cum magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, / quod is diem efficeret toto caelo luce diffusa, cum autem terras nox opacasset, tum caelum totum cernerent astris distinctum et ornatum / lunaeque luminum varietatem tum**

crescentis, tum senescentis, / eorumque omnium ortus et occasus / atque in omni aeternitate ratos inmutabilesque cursus, haec **cum** viderent, **profecto et esse deos et haec tanta opera deorum esse arbitrarentur.**'

De natura deorum, II, 158, Cicerone. Utilità degli animali.

Hominum igitur causa eas rerum copias comparatas (esse) fatendum est nisi forte tanta ubertas varietasque pomorum eorumque iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus dubitationem adfert, **quin hominibus solis ea natura donaverit.**

Tantumque abest, ut haec bestiarum etiam causa parata sint, ut ipsas bestias hominum gratia generatas esse videamus.

Quid enim oves aliud adferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiantur, quae quidem neque ali neque sustentari neque ullum fructum edere ex se sine cultu hominum et curatione potuissent?

Canum vero tam fida custodia tamque amans dominorum adulatio tantumque odium in externos et tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando quid significat aliud, nisi se ad hominum commoditates esse generatos?

Quid de bubus loquar?

Quorum ipsa terga declarant non esse ad onus accipiendum figurata, cervices autem natae (sunt) ad iugum, tum vires humerorum et latitudines ad aratra trahenda (natae sunt).

Longum est mulorum persequi utilitates et asinorum, quae certe ad hominum usum paratae sunt.

De Finibus, I, 46-47, Cicerone: La temperanza e la saggezza fonti di piacere

Quodsi vitam omnem perturbari videmus errore et inscientia, sapientiamque esse solam, quae nos a libidinum impetu et a formidinum terrore vindicet et ipsius fortunae modice ferre doceat iniurias et omnis monstret vias, quae ad quietem et ad tranquillitatem ferant, **quid est cur dubitemus** dicere et sapientiam propter voluptates expetendam et insipientiam propter molestias esse fugiendam?

Eademque ratione ne temperantiam quidem propter se expetendam esse dicemus, **sed** quia pacem animis **afferat** et eos quasi concordia quadam **placet ac leniat**.

Temperantia est enim, quae in rebus aut expetendis aut fugiendis ut rationem sequamur monet.

Nec enim satis est **iudicare** quid faciendum non faciendumve sit, **sed** stare etiam **oportet** in eo, quod sit iudicatum.

DE RE PUBLICA, I, 1, 1; 2, 2-3, Cicerone. Il primato dell'azione

Unum hoc definio, tantam esse necessitatem virtutis generi hominum a natura (datam) tantumque (esse) amorem ad communem salutem defendendam datum, ut ea vis omnia blandimenta voluptatis otique vicerit.

(2) Nec vero habere virtutem satis est quasi artem aliquam nisi (ea) utare; etsi ars quidem cum ea non utare scientia tamen ipsa teneri potest, virtus in usu sui tota posita est; usus autem eius est maximus civitatis gubernatio, et earum ipsarum rerum **quas isti in angulis personant**, reapse (est) non oratione perfectio .

Nihil enim dicitur a philosophis, quod quidem recte honesteque dicatur, quod non ab iis partum confirmatumque sit, a quibus civitatibus iura discripta sunt.

Unde (est) enim pietas, aut a quibus (est) religio? Unde (est) ius aut gentium aut hoc ipsum civile quod dicitur? Unde (est) iustitia fides aequitas? Unde (est) pudor continentia fuga turpitudinis adpetentia laudis et honestatis? Unde (est) in laboribus et periculis fortitudo? Nempe (haec sunt) ab iis qui haec disciplinis informata alia moribus confirmarunt, sanxerunt autem alia legibus.

Quin etiam Xenocraten ferunt, nobilem in primis philosophum, cum quaereretur ex eo quid adsequerentur eius discipuli, respondisse **ut id sua sponte facerent** **quod cogentur** facere legibus.

Ergo ille civis qui id (facere) cogit omnis imperio legumque poena, quod vix paucis persuadere oratione philosophi possunt, **etiam iis qui illa disputant ipsis est praeferendus doctoribus.**

Quae est enim istorum oratio tam exquisita, quae sit anteponenda bene constitutae civitati publico iure et moribus?

Equidem quem ad modum 'urbes magnas atque imperiosas', ut appellat Ennius, **viculis et castellis praeferendas (esse) puto**, **sic eos qui his urbibus consilio atque auctoritate praesunt, iis qui omnis negotii publici expertes sint, longe duco sapientia ipsa esse anteponendos.**

Et quoniam maxime rapimur ad opes augendas generis humani, studemusque nostris consiliis et laboribus tutiorem et opulentio rem vitam hominum reddere, et ad hanc voluptatem ipsius naturae stimulis incitatur, teneamus eum cursum qui semper fuit optimi cuiusque, neque ea signa audiamus quae receptui canunt, ut eos etiam revocent qui iam processerint.

De Republica, II, 47-48, Cicerone: La monarchia e la tirannide

Videtisne igitur ut de rege (Tarquinio) dominus **exstiterit**, uniusque vitio genus reipublicae ex bono in taeterrimum **conversum sit?**

Hic est enim dominus populi, quem Graeci tyrannum **vocant.**

Nam regem illum volunt esse, qui consulit ut pater conservatque eos quibus est praepositus, quam optima in condicione vivendi.

Regia potestas sane **bonum est** reipublicae **genus, ut dixi**, sed tamen inclinatum et quasi pronum ad perniciosissimum statum.

Simul atque enim se inflexit hic rex in dominatum iniustiore, fit continuo tyrannus, quo neque taetrius neque foedius nec diis hominibusque invisius animal ullum cogitari potest.

Qui, quamquam figura est hominis, morum tamen immanitate vastissimas vincit beluas.

Quis enim hunc hominem rite dixerit, qui sibi cum suis civibus, qui denique cum omni hominum genere nullam iuris communionem, nullam humanitatis societatem velit?

Pro Cneo Plancio , 37, 90, Cicerone. Cicerone difende la sua decisione di andare in esilio

Ego, tantis periculis propositis, cum, si victus essem, interitus rei publicae, si vicissem, infinita dimicatio pararetur, committerem, ut idem perditor rei publicae nominarer, qui servator fuisset?

Mortem me timuisse dicis.

Ego vero ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam (esse) putarem, nedum emori cum pernicie rei publicae vellem.

Nam qui pro republica vitam ediderunt, numquam mehercule eos mortem potius quam immortalitatem adsecutos (esse) putavi

Si tum illorum impiorum manu concidissem, res publica praesidium salutis suae perdidisset.

Quin etiam, si me vis aliqua morbi aut natura ipsa consumpsisset, auxilia posteritatis essent imminuta, quod peremtum esset mea morte id exemplum, qualis, in me consule retinendo, futurus fuisset senatus populusque Romanus.

An, si umquam in me vitae cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela contra me commovissem?

Quam ob rem si vitae cupiditas contra rem publicam est turpis, certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisset cum pernicie civitatis

In Pisonem 22, Cicerone. Trionfale ritorno di Cicerone dall'esilio

Et quoniam fortunarum contentionem facere coepimus, de reditu Gabini omittamus, quem, etsi sibi ipse praecidit, ego tamen os ut videam hominis exspecto; tuum, si placet, reditum cum meo conferamus.

Ac meus quidem is fuit ut a Brundisio usque Romam agmen perpetuum totius Italiae viderit.

Neque enim regio ulla fuit nec municipium neque praefectura aut colonia ex qua non ad me publice venerint gratulatum.

Quid dicam adventus meos, quid effusiones hominum ex oppidis, quid concursus ex agris patrum familias cum coniugibus ac liberis, quid eos dies qui quasi deorum immortalium festi atque sollemnes apud omnis sunt adventu meo redituque celebrati?

Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit quo in patriam redii, cum senatum egressum vidi populumque Romanum universum, cum mihi ipsa Roma prope convolsa sedibus suis ad complectendum conservatorem suum progredi visa est.

Quae me ita accepit ut non modo omnium generum, aetatum, ordinum omnes viri ac mulieres omnis fortunae ac loci, sed etiam moenia ipsa viderentur et tecta urbis ac templa laetari.

Me consequentibus diebus in ea ipsa domo qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules, patres conscripti conlocaverunt mihique, (hoc) quod ante me (accidit) nemini, pecunia publica aedificandam (esse) domum censuerunt.

ORATIONES, PRO MURENA 15-16, CICERONE. LA GUERRA MITRIDATICA FU GRAVE E DIFFICILE

Si diligenter quid Mithridates potuerit et quid effecerit et qui vir fuerit consideraris, omnibus (regibus) quibuscum populus Romanus bellum gessit hunc regem nimirum antepones;

quem L.(Lucius) Sulla maximo et fortissimo exercitu, pugnavit et acer et non rudis imperator, **ut aliud nihil dicam**, cum bello invectum (=scagliatosi) totam in Asiam, cum pace dimisit;

quem L.(Lucius) Murena, pater huiusce, vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit;

qui rex, **sibi aliquot annis sumptis**, ad confirmandas rationes et copias belli, tantum spe conatuque valuit (=fu vigoroso) **ut se Oceanum cum Ponto, Sertori copias cum suis coniuncturum (esse) putaret.**

Ac si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus imperatorisque dicendum, plurima et maxima proelia commemorare possem; sed non id agimus.

Hoc dico: **si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset, neque tanta cura senatus et populus Romanus suscipiendum (esse) putasset neque tot annos gessisset neque tanta gloria L. Lucullus (gessisset), neque vero eius belli conficiendum exitum tanto studio populus Romanus ad Cn.(Gnaeum) Pompeium detulisset.**

Epistulae ad Atticum, I,5, Cicerone. Da una lettera di Cicerone ad Attico

Quantum dolorem acceperim et quanto fructu sim privatus et forensi et domestico Luci fratris nostri morte, in primis pro nostra consuetudine tu existimare potes.

Nam mihi omnia, quae iucunda ex humanitate alterius et moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant.

Quare non dubito, quin tibi quoque id molestum sit, cum et meo dolore moveare et ipse omni virtute officioque ornatissimum, tuique et sua sponte et meo sermone amantem, ad finem amicumque amiseris.

Quod ad me scribis de sorore tua, testis erit tibi ipsa, quanta mihi curae fuerit, ut Quinti fratris animus in eam esset is, qui esse deberet.

Quem cum esse offensivorem arbitrarer, eas litteras ad eum misi quibus et placarem ut fratrem et monerem ut minorem et obiurgarem ut errantem.

Itaque ex iis, quae postea saepe ab eo ad me scripta sunt, confido ita esse omnia, ut et oporteat et velimus.

De litterarum missione sine causa ab te accusor. Numquam enim a Pomponia nostra certior sum factus esse (eum), cui dare litteras possem, porro autem neque mihi accidit, ut haberem (eum), qui in Epirum proficisceretur, nequedum te Athenis esse audiebamus.

De provinciis consularibus XXXV, 7-11, Cicerone. Cicerone nega di essere nemico di Cesare

Atqui duas Gallias (is) qui decernit (proporre) consulibus duobus, hos retinet ambo; (is) qui (decernit) autem alteram Galliam et aut Syriam aut Macedoniam, tamen alterum retinet <et> in utriusque pari scelere disparem condicionem facit.

'Faciam, (proporre)' inquit, 'illas praetorias, ut Pisoni et Gabinio succedatur statim.'

Si hic sinat, tum enim tribunus intercedere poterit, nunc non potest.

Itaque ego idem, qui nunc consulibus iis qui designati erunt Syriam Macedoniamque decerno, decernam easdem praetorias, ut et praetores annuas provincias habeant et eos quam primum videamus quos animo aequo videre non possumus.

Sed, mihi credite, numquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur qua intercedi (opporre il diritto di voto) de provinciis non licebit.

Itaque hoc tempore amisso annus est integer vobis exspectandus; quo interiecto, civium calamitas, sociorum aerumna, sceleratissimorum hominum impunitas propagatur.

Quod (sed hoc) si essent illi optimi viri, tamen ego mea sententia C. Caesari succedendum (esse) nondum putarem.

Qua de re dicam, patres conscripti (haec), quae sentio, atque illam interpellationem mei familiarissimi, qua paulo ante interrupta est oratio mea, non pertimescam.

Negat me vir optimus inimiciorem Gabinio debere esse quam Caesari: omnem illam tempestatem cui cesserim Caesare impulsore atque adiutore esse excitatam.

Cui (ma a questo) si primum sic respondeam, me communis utilitatis habere rationem, non doloris mei, possimne probare, cum id me facere dicam quod exemplo fortissimorum et clarissimorum civium facere possim?

An Ti. Gracchus—patrem dico, cuius utinam filii ne degenerassent a gravitate patria!—tantam laudem est adeptus, quod tribunus plebis solus ex toto illo conlegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus et ipsius et fratris eius Africani, iuravitque in contione se in gratiam non redisse, sed alienum sibi videri dignitate imperi quo duces essent hostium, Scipione triumphante, ducti, eodem ipsum duci qui triumphasset?

Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus alieni (fuerunt), inimici omnes Metelli, at ii non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed ei propter rationem Gallici belli provinciam extra ordinem decernebant.

Bellum in Gallia maximum gestum est; domitae sunt a Caesare maximae nationes, sed nondum legibus, nondum iure certo, nondum satis firma pace devinctae sunt.

Bellum adfectum videmus et, vere ut dicam, paene confectum, sed (res est) ita ut, si idem extrema persequitur qui inchoavit, iam omnia perfecta videamus, si succeditur, periculum sit ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus.

Ergo ego senator—inimicus, si ita vultis, homini—amicus esse, sicut semper fui, rei publicae debeo.

Quid? si ipsas inimicitias depono rei publicae causa, quis me tandem iure reprehendet, praesertim cum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda (esse)?

An vero M. Ille Lepidus, qui bis consul et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poetae voce laudatus est quod cum M. Fulvio conlega (die), quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent?

Atque ut vetera, quae sunt innumerabilia, **omittam**, tuus pater, Philippe, nonne uno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit, quibus eum omnibus eadem res publica reconciliavit (fare ravvicinare) quae (eum) alienarat?

Multa praetereo, quod intueor coram haec lumina atque ornamenta rei publicae, P. Servilium et M. Lucullum.

Utinam etiam L. Lucullus illic adsideret! Quae fuerunt inimicitiae in civitate graviores quam Lucullorum atque Servili? Quas in viris fortissimis non solum exstinxit rei publicae <utilitas> dignitasque ipsorum, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit.

Quid? Q. Metellus Nepos nonne consul in templo Iovis optimi maximi, **permotus cum auctoritate vestra tum illius P. Servili incredibili gravitate dicendi, absens** (me absente/mecum absenti) **mecum summo suo beneficio rediit in gratiam?**

An ego possum huic esse inimicus cuius litteris fama (eius) nuntiis celebrantur aures cotidie meae novis nominibus gentium, nationum, locorum?

Ardeo, mihi credite, **patres conscripti**,—id quod vosmet de me existimatis et facitis ipsi,—**incredibili quodam amore patriae**, (amor) **qui me amare et subvenire** olim (eam) impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis et rursus, **cum** omnia tela undique esse intenta in patriam **viderem, subire coegit** atque excipere (me) unum pro universis.

Hic me meus in rem publicam animus pristinus ac perennis cum C. Caesare reducit, reconciliat, restituit in gratiam.

(hoc) **Quod volent** denique homines existiment: nemini ego possum esse bene merenti de re publica non amicus.

Etenim **si iis** qui haec omnia flamma ac ferro delere voluerunt **non inimicitias solum sed etiam bellum indixi atque intuli** (zeugma), cum (essent) partim mihi illorum familiares, partim etiam, **me defendente**, capitis iudiciis essent liberati, **cur eadem res publica quae me in amicos inflammare potuit inimicis placare non possit?**

Quod mihi odium cum P. Clodio fuit, nisi quod perniciosum patriae civem fore putabam qui turpissima libidine incensus duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam, uno scelere violasset?

Num est igitur dubium ex iis rebus quas is egit agitque cotidie quin ego in illo oppugnando rei publicae plus quam otio meo (prospexerim), nonnulli in eodem defendendo suo plus otio quam communi prospexerint?

Ego me a C. Caesare in re publica dissensisse fateor et sensisse vobiscum; sed nunc isdem vobis adsentior cum quibus antea sentiebam.

Vos enim, ad quos litteras L. Piso de suis rebus non audet mittere, qui Gabini litteras insigni quadam nota (=richiamo) atque ignominia nova condemnastis, C. Caesari supplicationes decrevistis (tali) numero ut nemini (decretum sit) uno ex bello, honore ut (decretum sit) omnino nemini.

Cur igitur exspectem hominem aliquem qui me cum illo (Caesare) in gratiam reducat? reduxit (me in gratiam) ordo amplissimus, et ordo is qui est et publici consili et meorum omnium consiliorum auctor et princeps.

Vos sequor, patres conscripti, vobis obtempero, vobis adsentior, qui, quam diu C. Caesaris consilia in re publica non maxime diligebatis, me quoque cum illo (Caesare) minus coniunctum videbatis: postea quam rebus gestis mentis vestras voluntatesque mutastis, me non solum comitem esse sententiae vestrae sed etiam laudatorem vidistis.

XI. Sed quid est quod in hac causa maxime homines admirentur et reprehendant meum consilium, cum ego idem antea multa decrerim quae magis ad hominis dignitatem quam ad rei publicae necessitatem pertinerent? supplicationem quindecim dierum decrevi sententia mea.

Rei publicae satis erat tot (esse) dierum quot (fuisse) C. Mario.

Dis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio quae (tributa erat) ex maximis bellis; ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus.

In quo ego (consul referens), ~~quo consule referente~~ (=per cui) primum decem dierum est supplicatio decreta Cn. Pompeio Mithridate interfecto et confecto Mithridatico bello, **et cuius** sententia primum duplicata est supplicatio consularis,— **mihi enim estis adsensi cum, eiusdem** Pompei litteris recitatis, confectis omnibus maritimis terrestribusque bellis, **supplicationem dierum decem decrevistis**,— **sum Cn. Pompei virtutem et animi magnitudinem admiratus, quod, cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus, amplio rem honorem alteri tribuebat quam ipse erat consecutus.**

Ergo in illa supplicatione **quam ego decrevi**, res ipsa tributa est dis immortalibus et maiorum institutis et utilitati rei publicae, **sed dignitas verborum, honos et novitas et numerus (maior) dierum Caesaris ipsius laudi gloriaeque concessus est.**

Relatum est ad nos nuper de stipendio exercitus: non decrevi solum sed etiam ut vos decerneretis laboravi, multa dissentientibus respondi, scribendo adfui.

Tum quoque homini plus tribui **quam nescio cui necessitati** (tribuerim).

Illum enim arbitrabar etiam sine hoc subsidio pecuniae retinere exercitum praeda ante parta et bellum conficere posse; sed decus illud et ornamentum triumphi minuendum (esse) nostra parsimonia non putavi.

Actum est de decem legatis, quos alii omnino non dabant, alii exempla quaerebant, alii tempus differebant, alii sine ullis verborum ornamentis dabant: in ea quoque re sic sum locutus ut omnes intellegerent me id quod rei publicae causa sentirem **facere uberius propter ipsius Caesaris dignitatem.**

De oratore I,61, 12, Cicerone. Demostene e la sua indefessa costanza

Ergo, **ut ad primum illud revertar, sit orator nobis is, qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere;**

is autem concludatur in ea, quae sunt in usu civitatum vulgari ac forensi, remotisque ceteris studiis, quamvis ea sint ampla atque praeclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, noctes et dies urgeatur, imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturae diligentia industriaque superaret;

cumque ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit (ita) meditando, ut nemo planius esse locutus putaretur;

deinde cum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est adsecutus, ut una continuatione verborum, id (est) quod eius scripta declarant, binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur;

qui etiam, ut memoriae proditum est, coniectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat; neque is (faciebat hoc) consistens in loco, sed inambulans atque ascensu ingrediens arduo.

DE AMICITIA 71, CICERONE. L'AMICIZIA: UN RAPPORTO COMPLESSO

Ut igitur ii qui sunt in amicitiae coniunctionisque necessitudine superiores, exaequare se cum inferioribus debent, sic inferiores non (debent) dolere se a suis aut ingenio aut fortuna aut dignitate superari.

Quorum plerique aut queruntur semper aliquid aut etiam exprobrant, eoque magis, si habere se putant, (hoc) quod officiose et amice et cum labore aliquo suo factum (esse) queant dicere.

Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium (est), quae meminisse debet is in quem conlata sunt, non (debet) commemorare, (is) qui contulit.

Quam ob rem ut ii qui superiores sunt submittere se debent in amicitia, sic quodam modo inferiores (debent) extollere.

Sunt enim quidam, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contemni putant;

quod non fere contingit nisi iis qui etiam contemnendos (esse) se arbitrantur;

qui hac opinione non modo verbis sed etiam opere levandi sunt.

Tantum autem cuique tribuendum (est), primum quantum ipse efficere possis, deinde etiam quantum ille quem diligas atque adiuves, (possit) sustinere.

Non enim neque tu possis, quamvis excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere, ut Scipio P. Rupilius potuit consulem efficere, (sic Scipio) fratrem eius L. non potuit (efficere consulem).

Quod si etiam possis quidvis deferre ad alterum, videndum est tamen, quid ille possit sustinere.

SALLUSTIO

De coniuratione Catilinae, III, 2-5, Sallustio. Ambizione giovanile di Sallustio

Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis exaequanda sunt, dehinc quia plerique (delicta) quae delicta reprehenderis malivolentia et invidia dicta (esse) putant; ubi (=si) de magna virtute atque gloria bonorum memores, (haec) quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, (quae sunt) supra, ea veluti ficta pro falsis ducit.

Sed ego adolescentulus initio sicuti plerique studio ad rem publicam **latus sum**, ibique mihi multa advorsa **fuere**.

Nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute, audacia, largitio, avaritia **vigebant**.

Quae **tametsi** animus aspernabatur insolens malarum artium, **tamen inter tanta vitia imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur**; ac me, **cum ab reliquorum malis moribus dissentirem**, nihilo minus honoris cupido eadem, **qua (vexabat) ceteros**, fama atque invidia vexabat.

De coniuratione Catilinae, IV, 1-4, Sallustio. Abbandonata la politica, Sallustio intraprende l'attività storiografica

Igitur **ubi** animus ex multis miseriis atque periculis requievit **et** mihi relicuam aetatem a re publica procul habendam (esse) decrevi, **non fuit consilium (mihi)** socordia atque desidia bonum otium contere, **neque** vero agrum colendo aut venando, servilibus officiis, intentum aetatem agere, **sed a quo incepto studioque me ambitio mala detinuerat**, **eodem** (incepto studioque) regressus, **statui** res gestas populi Romani carptim, ut quaeque memoria digna videbantur, **perscribere**, **eo magis quod mihi a spe, metu, partibus rei publicae animus liber erat**.

Igitur de Catilinae coniuratione quam verissime potero paucis (verbis) **absolvam**; nam id facinus in primis ego memorabile **existimo** sceleris atque periculi novitate. De cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt quam initium narrandi faciam.

De coniuratione Catilinae, VIII, Sallustio. Il buon tempo antico

Igitur domi militiaeque boni mores **colebantur**; concordia maxima, minima avaritia (avidità) **erat**; ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura **valebat**.

Iurgia, discordias, simultates cum hostibus **exercebant**, cives cum civibus de virtute **certabant**.

In suppliciis deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles **erant**. Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate, seque remque publicam **curabant**.

Quarum rerum ego maxima documenta haec habeo, **quod** in bello saepius vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerant **quique** tardius, revocati, proelio excesserant, quam (in eos) qui signa relinquere aut, pulsi, loco cedere ausi erant; in pace vero **quod** beneficiis magis quam metu imperium **agitabant**, et, accepta iniuria, ignoscere quam persequi **malebant**.

De coniuratione Catilinae, X Sallustio. Le antiche virtù romane si corrompono

Sed ubi labore atque iustitia res publica **crevit**, reges magni bello **domiti (sunt)**, nationes ferae et populi ingentes vi **subacti (sunt)**, Carthago, aemula imperi Romani, ab stirpe **interiit**, cuncta maria terraeque **patebant**, **saevire fortuna ac miscere omnia coepit**.

Qui labores, pericula, dubias atque asperas res facile toleraverant, iis otium, divitiae, optanda alias, oneri miseriaeque fuere.

Igitur primo pecuniae, deinde imperi cupido **crevit**: ea quasi materies omnium malorum **fuere**.

Namque avaritia fidem, probitatem ceterasque artis bonas **subvertit**; pro his superbiam, crudelitatem, deos neglegere, omnia venalia habere **edocuit**.

Ambitio multos mortalis falsos **fieri subegit**, aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum **habere**, amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo **aestumare**, magisque vultum quam ingenium bonum **habere**.

Haec primo paulatim **crescere**, interdum **vindicari**; post, **ubi contagio quasi pestilentia invasit**, civitas **immutata (est)**, imperium ex iustissimo atque optimo crudele intolerandumque **factum (est)**. Traduzione Italiana

De coniuratione Catilinae, VIII, Sallustio. A Roma si è sempre preferita l'azione alla parola

Sed profecto fortuna in omni re **dominatur**; ea res cunctas ex libidine magis quam ex vero **celebrat obscuratque**.

Atheniensium res gestae, sicuti ego aestimo, satis amplae magnificaeque **fuere** verum aliquanto minores tamen **quam fama feruntur**.

Sed **quia provenere ibi scriptorum magna ingenia**, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis **celebrantur**.

Ita eorum qui fecere, virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere praeclara ingenia.

At populo Romano numquam ea copia **fuit**, quia prudentissimus quisque maxime negotiosus erat; ingenium nemo sine corpore exercebat; optimus quisque **facere quam dicere**, sua ab aliis bene facta **laudari** quam ipse aliorum **narrare malebat**.

De coniuratione Catilinae, 13, Sallustio. Costumi dissoluti a Roma ai tempi di Catilina

Nam quid ea memorem, quae nisi iis qui videre, nemini credibilia sunt, a privatis compluribus subversos (esse) montis, maria constrata esse?

Quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiae:

quippe quas honeste **habere licebat**, **abuti** per turpitudinem **properabant**.

Sed libido stupri, ganeae ceterique cultus non minor **incesserat**:

viri muliebria **pati**, mulieres pudicitiam in propatulo **habere**; vescendi causa terra marique omnia **exquirere**; **dormire prius quam somni cupido esset**; non famem aut sitim, neque frigus neque lassitudinem **opperiri**, sed ea omnia luxu **antecapere**.

Haec iuventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant: animus inbutus malis artibus haud facile libidinibus **carebat**;

eo profusius omnibus modis quaestui atque sumptui **deditus erat**.

De coniuratione Catilinae, 14, Sallustio. Catilina attira a sè la peggiore feccia di Roma

In tanta tamque corrupta civitate Catilina, **id quod factu facillimum erat**, omnium flagitiorum atque facinorum circum se tamquam stipatorum catervas habebat.

Nam **quicumque** impudicus, adulter, ganeo, manu, ventre, pene bona patria laceraverat, **quique** alienum aes grande conflaverat, **quo** flagitium aut facinus redimeret, praeterea omnes undique parricidae, sacrilegi, convicti iudiciis aut pro factis iudicium timentes, **ad hoc quos** manus atque lingua periurio aut sanguine civili alebat, **postremo omnes quos** flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, **ii** Catilinae proximi familiaresque erant.


Quod si quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat, cottidiano usu atque illecebris facile par similisque ceteris efficiebatur.


Sed maxime adolescentium familiaritates appetebat: eorum animi, molles etiam et [aetate] fluxi, dolis haud difficulter **capiebantur**.

Nam **ut cuiusque studium ex aetate flagrabat**, aliis scorta **praebere**, aliis canes atque equos **mercari**; postremo neque sumptui neque modestiae suae **parcere**, **dum illos obnoxios fidosque sibi faceret**.

Scio fuisse nonnullos, **qui ita existimarent iuventutem**, **quae domum Catilinae frequentabat**, parum honeste pudicitiam habuisse; sed ex aliis rebus magis, quam **quod cuiquam id compertum foret**, **haec fama valebat**.

Bellum Iugurthinum





Distruzione di CIRTA e massacro anche dei coloni italici > Bellum Iugurthinum (112-105)

- **Gaio Memmio** (tribuno della plebe) accusa il Senato di connivenza e corruzione.
- **Il senato** teme l'insurrezione del popolo e dichiara guerra a Giugurta
- **Lucio Calpurnio Bestia** (console corrotto) viene inviato ma scende anche lui a patti con il nemico.
- **Gaio Memmio** chiama Giugurta a Roma per render conto dei suoi maneggi.
- **Giugurta** giunge a Roma e arriva a corrompere l'altro tribuno Caio Bebio.
- **Caio Bebio** interrompe il processo a Giugurta.
- **Il popolo** rumoreggia e il Senato, spaventato, annulla gli accordi di Bestia.

- **Spurio Postumio Albino**, nuovo console, non meno corrotto, propone a re della Numidia Massiva.
- **Massiva** viene ucciso da Giugurta che fugge da Roma che dichiara guerra a Giugurta
- **Spurio Postumio Albino**, inesperto e corrotto non conclude nulla.
- **Aulo Postumio**, fratello, fa peggio: non solo corrotto ma sconfitto vergognosamente.
- **Manilio Limetano** (tribuno) vuole giustizia e far processare i responsabili, che vengono condannati.
- **Quinto Cecilio Metello** (console) riprende la guerra. Onesto e tenace ottiene diverse vittorie, ma senza una ragione precisa gli viene tolto il comando. La guerra ristagna.
- **Caio Mario**, di umili origini, il "proletario" sconfigge finalmente Giugurta che viene giustiziato.

Bellum Iugurthinum, I, 1, Sallustio. L'umanità non è debole se è retta dalla virtù

Falso queritur de natura sua genus humanum, quod, inbecilla atque aevi brevis, forte potius quam virtute regatur.

Nam contra reputando neque maius aliud neque praestabilius (esse) invenias; magisque naturae industriam hominum quam vim aut tempus deesse.

Sed dux atque imperator vitae mortalium animus est, qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est neque fortuna eget, quippe quae probitatem, industriam aliasque artis bonas neque dare neque eripere cuiquam potest.

Sin (animus) captus pravis cupidinibus ad inertiam et voluptates corporis pessum datus est, perniciose libidine paulisper usus, ubi per socordiam vires tempus ingenium diffluxere, naturae infirmitas accusatur: suam quisque culpam auctores ad negotia transferunt.

Quod si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nihil profutura multaque etiam periculosa ac perniciose petunt, neque regerentur (casibus) magis quam regerent casus et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent.

Bellum Iugurthinum, I, 2-3, Sallustio. Oggi non è più possibile servire con onestà la patria.

Nam uti genus hominum compositum ex corpore et anima est, ita res cuncta studiaque omnia nostra corporis (naturam) alia, alia animi naturam secuntur.

Igitur praeclara facies, magnae divitiae, ad hoc vis corporis et alia omnia huiusce modi brevi dilabuntur; at ingeni egregia facinora sicuti anima immortalia sunt.

Postremo corporis et fortunae bonorum ut initium (est) sic finis est, omniaque orta occidunt et aucta senescunt: animus incorruptus, aeternus, rector humani generis agit atque habet cuncta neque ipse habetur.

Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum et ignaviam aetatem agunt, ceterum ingenium, quo neque melius neque amplius aliud in natura mortalium est, incultu atque socordia torpescere sinunt, cum praesertim tam multae variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.

Verum ex iis magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum minime mihi hac tempestate cupienda (esse) videntur, quoniam neque virtuti honor datur neque illi, quibus per fraudem iis fuit uti, tuti aut eo magis honesti sunt.

Nam vi quidem regere patriam aut parentis, quamquam et possis et delicta corrigas, tamen importunum est, cum praesertim omnes rerum mutationes caedem, fugam aliaque hostilia portendant.

Frustra autem niti neque aliud se fatigando nisi odium quaerere, extremae dementiae est, nisi forte quem inhonesta et perniciose libido tenet potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari

Bellum Iugurthinum, I, 4-5, Sallustio. I grandi sono di stimolo agli gli uomini virtuosi

Ceterum ex aliis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum.

Cuius de virtute quia multi dixerunt, praetereundum (esse) puto, simul ne per insolentiam quis existimet memet studium meum laudando extollere.

Atque ego credo fore (eos) qui, quia decrevi procul a re publica aetatem agere, tanto tamque utili labori meo nomen inertiae imponant, certe (eos) quibus maxima industria videtur salutare plebem et conviviis gratiam quaerere.

Qui si reputaverint, et quibus ego temporibus magistratus adeptus sum et quales viri idem assequi nequiverint et postea quae genera hominum in senatum pervenerint, **profecto existimabunt** me magis merito quam ignavia iudicium animi mei mutavisse maiusque commodum ex otio meo quam ex aliorum negotiis rei publicae venturum (esse).

Nam saepe ego audivi Q. Maximum (Cunctatorem), P. Scipionem (Africanum), praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos (esse) ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, **vehementissime sibi animum ad virtutem accendi; scilicet non ceram illam neque figuram tantam vim in sese habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit.**

At contra quis est omnium, his moribus, quin (valore consecutivo) divitiis et sumptibus, non probitate neque industria cum maioribus suis contendat?

Etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire, furtim et per latrocinia potius quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur, proinde quasi praetura et consulatus atque alia omnia huiusce modi per se ipsa clara et magnifica sint ac non perinde habeantur, ut eorum qui ea sustinent virtus est.

Verum ego liberius altiusque processi, dum me civitatis morum piget taedetque.
Nunc ad inceptum redeo.

Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha rege Numidarum gessit, primum quia magnum (fuit bellum) et atrox variaque victoria fuit, dein quia tunc primum superbiae nobilitatis obviam itum est; quae contentio divina et humana cuncta permiscuit eoque vecordiae processit, ut studiis civilibus bellum atque vastitas Italiae finem faceret.

Sed prius quam huiusce modi rei initium expedio, pauca supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illustra magis magisque in aperto sint.
Bello Punico secundo, quo dux Carthaginiensium Hannibal post magnitudinem nominis Romani, Italiae opes maxime attriverat, Masinissa rex Numidarum in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et praeclara rei militaris facinora fecerat.

Ob quae victis Carthaginiensibus et capto Syphace, cuius in Africa magnum atque late imperium valuit, populus Romanus, quascumque urbis et agros manu ceperat, (eas) regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit.

Sed imperi vitaeque eius finis idem fuit. Dein Micipsa filius regnum solus obtinuit Mastanabale et Gulussa fratribus morbo absumptis. Is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit Iugurthamque filium Mastanabalis fratris, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum dereliquerat, eodem cultu quo (habuit) liberos suos domi habuit.

Bellum Iugurthinum, I, 6-7, Sallustio. Giugurta fu un uomo astuto, coraggioso e ambizioso

Qui (Iugurta) ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxime ingenio validus, non se luxu (luxui) neque inertiae corrumpendum dedit, sed, uti mos gentis illius est, equitare, iaculari; cursu cum aequalibus certare et, quom omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse; ad hoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus aut in primis ferire: plurimum facere, et minimum ipse de se loqui.

Quibus rebus Micipsa tametsi initio laetus fuerat, existimans virtutem Iugurthae regno suo gloriae fore, tamen, postquam hominem adolescentem exacta sua aetate et parvis liberis magis magisque crescere intellegit, vehementer eo negotio permotus multa cum animo suo voluebat.

Terrebat eum natura mortalium avida imperi et praeceps ad explendam animi cupidinem, praeterea opportunitas suae liberorumque aetatis, quae etiam mediocris (=non ambiziosi) viros spe praedae transversos agit, ad hoc studia Numidarum in Iugurtham accensa (erant), ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat.

His difficultatibus circumventus ubi videt neque per vim neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum popularibus, quod erat Iugurtha manu promptus et appetens gloriae militaris, statuit eum obiectare periculis et eo modo fortunam temptare.

Igitur bello Numantino Micipsa, cum populo Romano equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans vel ostentando virtutem vel hostium saevitia facile eum occasurum (esse), praefecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat.

Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit.

Nam Iugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, et morem hostium cognovit, multo labore multaue cura, praeterea modestissime parendo et saepe obviam eundo periculis in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut nostris vehementer carus, Numantinis maximo terrori esset.

Ac sane, quod difficillimum in primis est, et proelio strenuus erat et bonus consilio, quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem afferre plerumque solet.

Igitur imperator omnis fere res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum in dies amplecti, quippe cuius neque consilium neque inceptum ullum frustra erat.

Hoc accedebat munificentia animi atque ingeni sollertia, quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat.

Bellum Iugurthinum, I, 8-9, Sallustio. Giugurta entra nel favore di Micipsa

Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles, quibus divitiae bono honestoque potiores erant, factiosi domi, potentes apud socios, clari magis quam honesti, qui Iugurthae non mediocrem (=moderato) animum pollicitando accendebant, si Micipsa rex occidisset, fore uti solus imperi Numidiae potiretur: in ipso maximam virtutem (esse), Romae omnia venalia esse.

Sed postquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia et ipse reverti domum decrevit, donatum atque laudatum magnifice pro contione Iugurtham in praetorium abduxit ibique secreto monuit, ut potius publice quam privatim amicitiam populi Romani coleret neu quibus largiri insuesceret:

(dixit) periculose a paucis emi (hoc) quod multorum esset.

(dixit) Si permanere vellet in suis artibus, ultro illi et gloriam et regnum venturum (esse); sin properantius pergeret, suamet ipsum pecunia praecipitem casurum (esse).

Sic locutus cum litteris eum, quas Micipsae redderet, dimisit.

Earum sententia haec erat: "Iugurthae tui in bello Numantino longe maxima virtus fuit, **quam rem tibi certo scio gaudio esse.**

Nobis ob merita sua carus est; **ut idem senatui et populo Romano sit**, summa ope nitentur. Tibi quidem pro nostra amicitia gratulor. Habes virum dignum te atque avo suo Masinissa.

Igitur rex, **ubi ea quae fama acceperat ex litteris imperatoris ita esse cognovit**, cum virtute tum gratia viri permotus **flexit** animum suum et Iugurtham beneficiis vincere **aggressus est statimque eum adoptavit** et testamento pariter cum filiis heredem **instituit**.

Sed ipse **paucos post annos morbo atque aetate confectus cum** sibi finem vitae adesse **intellegeret**, **coram amicis et cognatis itemque Adherbale et Hiempsale filiis dicitur huiusce modi verba cum Iugurtha habuisse:**

Bellum Iugurthinum, I, 10-11, Sallustio. I successori di Micipsa in disaccordo

"Parvum ego te, Iugurtha, **amisso patre**, sine spe, sine opibus in meum regnum accepi, existimans **non minus me tibi quam liberis, si genuissem**, **ob beneficia carum fore.**

Neque ea res falsum me habuit. Nam, **ut alia magna et egregia tua omittam**, novissime rediens Numantia meque regnumque meum gloria honoravisti **tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti.**

In Hispania nomen familiae renovatum est. Postremo, **quod difficillimum inter mortalis est**, gloria invidiam vicisti.

Nunc, **quoniam mihi natura finem vitae facit**, per hanc dexteram, per regni fidem moneo obtestorque te, **uti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas neu malis alienos adiungere quam sanguine coniunctos retinere.**

Non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt, verum amici, **quos neque armis cogere neque auro parare queas: officio et fide pariuntur.**

Quis autem amicitior quam frater fratri (est)? Aut quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego vobis regnum trado firmum, si boni eritis, sin mali (eritis), inbecillum.

Nam concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur. Ceterum ante hos te, Iugurtha, qui aetate et sapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet.

Nam in omni certamine (is) qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere (eam) videtur.

Vos autem, Adherbal et Hiempsal, colite, observate talem hunc virum, imitamini virtutem et enitimini, ne ego meliores liberos sumpsisse videar quam genuisse."

Ad ea Iugurtha, tametsi regem ficta locutum (esse) intellegebat et ipse longe aliter animo agitabat, tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur.

Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant, reguli in unum convenerunt, ut inter se de cunctis negotiis disceptarent.

Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox et iam antea ignobilitatem Iugurthae, quia materno genere impar erat, despiciens, dextra Adherbalem assedit, ne medius ex tribus, quod apud Numidas honore ducitur, Iugurtha foret.

Dein tamen, ut aetati concederet, fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus est.

Ibi cum multa de administrando imperio dissererent, Iugurtha inter alias res iacit oportere quinquenni consulta et decreta omnia rescindi, nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse.

Tum idem Hiempsal placere sibi respondit, nam ipsum illum tribus proximis annis adoptione in regnum pervenisse.

Quod verbum in pectus Iugurthae altius, quam quisquam ratus erat, descendit.

Itaque ex eo tempore ira et metu anxius moliri, parare atque ea modo cum animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur.

Quae ubi tardius procedunt neque lenitur animus ferox, statuit quovis modo inceptum perficere.

Bellum Iugurthinum, I, 12-13, Sallustio. Uccisione di Iempsale

Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, propter dissensionem placuerat dividi thesauros finisque imperi singulis constitui.

Itaque tempus ad utramque rem decernitur, sed (tempus decernitur) maturius ad pecuniam distribuendam.

Reguli interea in loca propinqua thesauris alius alio concessere.

Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte eius domo utebatur, qui, proximus lictor Iugurthae, carus acceptusque ei semper fuerat.

Quem (lictorem) ille (Iugurtha) casu ministrum oblatum promissis onerat (=colma) impellitque, uti tamquam suam visens domum eat, portarum clavis adulterinas paret - nam verae ad Hiempsalem referebantur; ceterum (promittebat), ubi res postularet, se ipsum cum magna manu venturum (esse).

Numida mandata brevi conficit atque, uti doctus erat, noctu Iugurthae milites introducit.

Qui postquam in aedis irrupere, diversi regem quaerere; dormientis alios, alios occursantis interficere; scrutari loca abdita; clausa effringere; strepitu et tumultu omnia miscere.

Cum interim (ma ecco) Hiempsal reperitur occultans se tugurio mulieris ancillae, quo initio pavidus et ignarus loci perfugerat.

Numidae caput eius, uti iussi erant, ad Iugurtham referunt.

Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur.

Adherbalem omnisque, qui sub imperio Micipsae fuerant, metus invadit.

In duas partis discedunt Numidae: plures Adherbalem secuntur, sed illum alterum bello meliores.

Igitur Iugurtha quam maximas potest copias armat; urbis partim vi alias voluntate imperio suo adiungit; omni Numidiae imperare parat.

Adherbal tametsi Romam legatos miserat, qui senatum docerent de caede fratris et fortunis suis, tamen fretus multitudine militum parabat armis contendere.

Sed ubi res ad certamen venit, victus ex proelio profugit in provinciam ac deinde Romam contendit.

Tum Iugurtha patratis consiliis, postquam (poiché) omnis Numidiae potiebatur, in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum neque adversus iram eius usquam nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua spem habere.

Itaque paucis diebus cum auro et argento multo Romam legatos mittit, quis praecipit, primum uti veteres amicos muneribus expleant, deinde novos acquirant, postremo quaecumque possint largiendo parare ne cunctentur.

Sed ubi Romam legati venere et ex praecepto regis hospitibus aliisque, quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat, magna munera misere, tanta commutatio incessit, ut ex maxima invidia in gratiam et favorem nobilitatis Iugurtha veniret.

Quorum pars spe, alii praemio inducti singulos ex senatu ambiendo nitebantur, ne gravius in eum consuleretur.

Igitur ubi legati satis confidunt, die constituto senatus utrisque datur.

Tum Adherbalem hoc modo locutum (esse) accepimus:

Bellum Iugurthinum, I, 14, Sallustio. Discorso di Aderbale al Seanato

"Patres conscripti, Micipsa pater meus moriens mihi praecipit, uti regni Numidiae tantummodo procurationem existimarem meam, ceterum ius et imperium eius penes (=apud) vos esse; (uti) simul eniterer domi militiaeque quam maximo usui esse populo Romano; (ut) vos mihi cognatorum, vos affinium loco ducerem: si ea fecissem, in vestra amicitia exercitum divitias munimenta regni me habiturum (esse).

Quae cum praecepta parentis mei agitarem, Iugurtha, homo omnium quos terra sustinet sceleratissimus, contempto imperio vestro, Masinissae me nepotem et iam ab stirpe socium atque amicum populi Romani, regno fortunisque omnibus expulit.

Atque ego, patres conscripti, quoniam eo miseriarum venturus eram, vellem potius ob mea quam ob maiorum meorum beneficia posse me a vobis auxilium petere, ac maxime deberi mihi beneficia a populo Romano, quibus non egerem, secundum ea, si desideranda erant, uti debitis uterer.

Sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas est neque mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret, ad vos confugi, patres conscripti, quibus, quod mihi miserrimum est, cogor prius oneri quam usui esse.

Ceteri reges aut bello victi in amicitiam a vobis recepti sunt aut in suis dubiis rebus societatem vestram appetiverunt; familia nostra cum populo Romano bello Carthaginiensi amicitiam instituit, (tempore) quo tempore magis fides eius quam fortuna petenda erat.

Quorum progeniem vos, patres conscripti, nolite pati me nepotem Masinissae frustra a vobis auxilium petere. Si, ad impetrandum, nihil causae haberem praeter miserandam fortunam, quod (ego) paulo ante rex genere fama atque copiis potens, nunc deformatus aerumnis, inops alienas opes expecto, tamen erat maiestatis populi Romani prohibere iniuriam neque pati cuiusquam regnum per scelus crescere.

Verum ego iis finibus eiectus sum, quos maioribus meis populus Romanus dedit, unde pater et avus meus una vobiscum expulere Syphacem et Carthaginienses.

Vestra beneficia mihi erepta sunt, patres conscripti, vos in mea iniuria despecti estis.

Eheu me miserum! Hucine, Micipsa pater, beneficia tua evasere, ut, quem tu parem cum liberis tuis regnique participem fecisti, is potissimum stirpis tuae extincor sit? Numquamne ergo familia nostra quieta erit? Semperne in sanguine ferro fuga versabitur?

Dum Carthaginienses incolumes fuere, iure omnia saeva patiebamur: hostes ab latere (erant), vos amici procul (eratis), spes omnis in armis erat.

Postquam illa pestis ex Africa eiecta est, laeti pacem agitabamus, quippe quis hostis nullus erat, nisi forte (is) quem vos iussissetis.

Ecce autem ex improvise Iugurtha, intoleranda audacia scelere atque superbia sese efferens, fratre meo atque eodem propinquo suo interfecto primum regnum eius sceleris sui praedam fecit; post ubi **me** isdem dolis nequit capere, nihil minus quam vim aut bellum expectantem in imperio vestro, sicuti videtis, **(me) extorrem patria domo, inopem et coopertum miseriis effecit, ut ubivis tutius quam in meo regno essem.**

Ego sic existimabam, patres conscripti, **uti praedicantem audiveram patrem meum, qui vestram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem suscipere, ceterum ex omnibus maxime tutos esse.**

Quod in familia nostra fuit, **(hoc familia nostra) praestitit, uti in omnibus bellis adesset vobis; nos uti per otium tuti simus, in vestra manu est, patres conscripti.**

Pater nos duos fratres reliquit, **tertium Iugurtham beneficiis suis ratus est coniunctum nobis fore.**

Alter eorum **necatus est, alterius ipse ego manus impias vix effugi.**

Quid agam? Aut quo potissimum infelix accedam? Generis praesidia omnia extincta sunt.

Pater, **uti necesse erat, naturae concessit. Fratri (is), quem minime decuit, propinquos, per scelus vitam eripuit.**

Affinis amicos, propinquos ceteros meos alium alia clades oppressit: **capti ab Iugurtha pars in crucem acti (sunt), pars bestiis obiecti sunt, pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenebris cum maerore et luctu morte graviolem vitam exigunt.**

Si omnia, **quae aut amisi aut ex necessariis adversa facta sunt, incolumia manerent, tamen, si quid ex improvise mali accidisset, vos implorarem, patres conscripti, quibus pro magnitudine imperii ius et iniurias omnis curae esse (vobis) decet.**

Nunc vero exul patria domo, solus atque omnium honestarum rerum egens quo accedam aut quos appellem? (appellem) Nationesne an reges, **qui omnes familiae nostrae ob vestram amicitiam infesti sunt? An quoquam mihi adire licet, ubi non maiorum meorum hostilia monumenta plurima sint? Aut quisquam nostri misereri potest, qui aliquando vobis hostis fuit?**

Postremo Masinissa nos ita instituit, patres conscripti, **ne quem coleremus nisi populum Romanum, ne societates, ne foedera nova acciperemus: abunde magna praesidia nobis in vestra amicitia fore; si huic imperio fortuna mutaretur, una occidendum nobis esse.**

Virtute ac **dis** **volentibus** magni estis et opulenti, omnia secunda et oboedientia sunt: quo facilius **sociorum iniurias curare licet**.

Tantum illud **vereor**, **ne quos privata amicitia Iugurthae parum cognita transversos agat**.

Quos ego audio **maxima ope niti ambire fatigare** vos singulos, **ne quid de absente incognita causa statuatis**; (**dicunt**) **fingere me verba et fugam simulare**, cui licuerit in regno manere.

Quod utinam illum, **cuius impio facinore in has miseras proiectus sum**, eadem haec **simulantem videam**, et aliquando aut apud vos aut apud deos immortalis rerum humanarum cura **oriatur!** ne ille, **qui nunc sceleribus suis ferox atque praeclarus est**, omnibus malis excruciatu, impietatis in parentem nostrum, fratris mei necis mearumque miseriarum gravis poenas reddat!

Iam iam, frater animo meo carissime, **quamquam tibi immaturo et unde minime decuit vita erepta est**, tamen **laetandum (esse) magis quam dolendum** puto **casum tuum**.

Non enim regnum, sed fugam exilium egestatem et omnis has **quae me premunt aerumnas cum anima simul amisisti**.

At ego infelix, **in tanta mala praecipitatus ex patrio regno**, rerum humanarum spectaculum praebeo, incertus **quid agam tuasne iniurias persequar ipse auxili egens an regno consulam (ego)**, **cuius vitae necisque potestas ex opibus alienis pendet**.

Utinam emori fortunis meis **honestus exitus esset neu vivere contemptus viderer**, **si defessus malis iniuriae concessissem!**

Nunc neque vivere libet neque mori licet sine dedecore.

Patres conscripti, per vos, per liberos atque parentis vestros, per maiestatem populi Romani, subvenite mihi misero, ite obviam iniuriae, nolite pati **regnum Numidiae, quod vestrum est**, **per scelus et sanguinem familiae nostrae tabescere."**

TITO LIVIO

Facturusne operae pretium sim si a primordio urbis res populi Romani perscripserim nec satis scio nec, si sciam, dicere (hoc) ausim, quippe qui (come colui che>>poiché) cum veterem tum volgatam esse rem videam, dum novi semper scriptores aut in rebus certius aliquid allaturos (esse) se aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos (esse) credunt.

Utcumque erit, iuvabit tamen rerum gestarum memoriae principis terrarum populi pro virili parte et (me) ipsum consuluisse; et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum me qui nomini officient meo consoler.

Res est praeterea et immensi operis, ut (est ea) quae supra septingentesimum annum repetatur et quae ab exiguis profecta initiis eo creverit ut iam magnitudine laboret sua;

et legentium plerisque **haud dubito** quin primae origines proximaque originibus minus praebitura voluptatis sint, festinantibus ad haec nova quibus iam pridem praevalentis populi vires se ipsae conficiunt:

ego contra hoc quoque laboris praemium petam, ut me a conspectu malorum quae nostra tot per annos vidit aetas, **tantisper certe dum prisca** [tota] illa mente **repeto**, avertam, omnis expers curae **quae scribentis animum**, etsi non flectere (potest) a vero, **sollicitum tamen efficere posset**.

Quae ante conditam condendamve urbem poeticis magis decora (confacenti) fabulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, **ea nec adfirmare nec refellere in animo est**.

Datur haec venia antiquitati ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiora faciat;

et si cui populo licere oportet consecrare origines suas **et** (eas) ad deos referre auctores, **ea belli gloria est populo Romano** ut cum suum conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat, **tam** et hoc gentes humanae patiantur aequo animo **quam imperium patiuntur**.

Sed haec et his similia utcumque animadversa aut existimata erunt **haud in magno equidem ponam discrimine**:

ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum: quae vita, qui mores **fuerint**, per quos viros quibusque artibus domi militiaeque et **partum** et **auctum imperium sit**;

labente deinde paulatim disciplina **velut desidentes primo mores** (facti sint) **sequatur animo**, **deinde** ut magis magisque lapsi sint, **tum** ire **coeperint praecipites**, **donec** ad haec tempora **quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus** perventum est.

Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis **te exempli documenta in inlustri posita** (esse) monumento (traditione) **intueri**; **inde tibi tuaeque rei publicae** (hoc) **quod imitere capias**, **inde** (capias) **foedum inceptu foedum exitu quod vites**.

Ceterum aut me amor negotii suscepti fallit, aut nulla unquam res publica nec maior nec sanctor **nec bonis exemplis ditior fuit**, **nec** (fuit **civitas**) in quam tam serae avaritia luxuriaque immigraverint, **nec** (fuit **civitas**) **ubi tantus ac tam diu paupertati ac parsimoniae honos fuerit**.

Adeo quanto rerum minus (erat), **tanto minus cupiditatis erat**:

nuper divitiae avaritiam et abundantes voluptates (invexere), desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia invexere.

Sed querellae, **ne tum** quidem gratae futurae **cum** forsitan necessariae erunt, **ab initio certe tantae ordiendae rei absint**:

cum bonis potius ominibus votisque et precationibus deorum dearumque, si, ut poetis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut (nobis) orsis tantum operis successus prosperos darent.

Ab Urbe Condita, I, 4, Tito Livio. La nascita di Romolo e Remo

Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis maximique secundum deorum opes imperii principium.

Vi compressa Vestalis cum geminum partum edidisset, seu ita (esse) rata seu quia deus auctor culpae honestior erat, Martem incertae stirpis patrem nuncupat.

Sed nec di nec homines aut ipsam aut stirpem a crudelitate regia vindicant: sacerdos vincta in custodiam datur, pueros in profluentem aquam mitti iubet.

Forte quadam divinitus (avv.) super ripas Tiberis effusus lenibus stagnis nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis et posse quamvis (esset) languida mergi aqua infantes spem (eos) ferentibus dabat.

Ita velut defuncti regis imperio in proxima alluvie ubi nunc ficus Ruminialis est - Romularem vocatam (esse) ferunt - pueros exponunt.

Vastae tum in his locis solitudines erant.

Tenet fama cum fluitantem alveum(culla), quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset, lupam sitientem ex montibus qui circa sunt ad puerilem vagitum cursum flexisse; eam submissas infantibus adeo mitem praeuisse mammam ut lingua lambentem pueros magister regii pecoris (eam) invenerit - Faustulo (ei) fuisse nomen ferunt - ab eo ad stabula Larentiae uxori educandos (illos) datos (esse).

Sunt (ei) qui Larentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam (esse) putent; inde locum fabulae ac miraculo datum (esse).

Ita geniti itaque educati, cum primum adolevit aetas, nec in stabulis nec ad pecora segnes venando peragrarare saltus.

Hinc robore corporibus animisque sumpto iam non feras tantum subsistere sed in latrones praeda onustos impetus facere pastoribusque rapta dividere et cum his crescente in dies grege iuvenum seria ac iocos celebrare.

Ab Urbe Condita, I, 5, Tito Livio. Razzie di Romolo e Remo, e cattura di Remo

Iam tum in Palatio monte Luperca hoc fuisse ludicrum **ferunt**, et a Pallanteo, urbe Arcadica, Pallantium, dein Palatium montem appellatum (esse); ibi Evandrum, qui ex eo genere Arcadum multis ante tempestatibus tenuerit loca, sollemne allatum ex Arcadia instituisse ut nudi iuvenes Lycaeam Pana venerantes per lusum atque lasciviam currerent, quem Romani deinde vocarunt Inuum.

(Ferunt) Huic deditis ludicro cum sollemne notum esset insidiosos (esse) ob iram praedae amissae latrones, cum Romulus vi se defendisset, Remum cepisse, captum regi Amulio tradidisse, ultro (eum) accusantes.

Crimini maxime (ei) dabant in Numitoris agros ab iis impetum fieri; inde eos collecta iuvenum manu hostilem in modum praedas agere (portar via).

Sic Numitori ad supplicium Remus deditur.

Iam inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se educari; **nam et expositos (esse) iussu regis infantes sciebat et tempus quo ipse eos sustulisset ad id ipsum congruere; **sed rem immaturam nisi aut per occasionem aut per necessitatem aperiri noluerat.****

Necessitas prior venit: ita metu subactus Romulo rem aperit.

Forte et Numitori cum in custodia Remum haberet audissetque geminos esse fratres, comparando et aetatem eorum et ipsam minime servilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum; sciscitandoque eodem pervenit ut haud procul esset quin Remum agnosceret.

Ita undique regi dolus nectitur.

Romulus non cum globo iuvenum - nec enim erat ad vim apertam par - sed aliis alio itinere iussis certo tempore ad regiam venire pastoribus ad regem impetum facit; et a domo Numitoris alia comparata manu adiuvat Remus.

Ita regem obtruncant.

Ab Urbe Condita, I, 6, Tito Livio. Romolo e Remo progettano di costruire una nuova città

Numitor inter primum tumultum, hostes invasisse urbem atque adortos (esse) regiam dictitans, cum pubem Albanam in arcem praesidio armisque obtinendam avocasset, postquam iuvenes perpetrata caede pergere ad se gratulantes vidit, extemplo advocato concilio scelera in se fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent, caedem deinceps tyranni seque eius auctorem ostendit.

Iuvenes per mediam contionem agmine ingressi cum avum regem salutassent, secuta ex omni multitudine consentiens vox ratum nomen imperiumque regi efficit.

Ita Numitori Albana re permissa Romulum Remumque cupido cepit in iis locis ubi expositi ubique educati erant urbis condendae.

Et supererat multitudo Albanorum Latinorumque;

ad id pastores quoque accesserant, qui omnes facile spem facerent parvam Albam, parvum Lavinium prae ea urbe quae conderetur fore.

Intervent deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido, atque inde foedum certamen coortum (est) a satis miti principio.

Quoniam gemini essent nec aetatis verecundia discrimen facere posset, ut di quorum tutelae ea loca essent auguriis legerent (eum) qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.

Ab Urbe Condita, I, 7, Tito Livio. Fondazione di Roma e uccisione di Remo

Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures; iamque nuntiato augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutaverat: tempore illi (trahebant regnum) praecepto, at hi numero avium regnum trahebant.

Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad caedem vertuntur; ibi in turba ictus Remus cecidit.

Volgatior fama est ludibrio fratris Remum novos transilvisse muros; inde ab irato Romulo, cum verbis quoque increpitans adiecisset, "Sic deinde (erit ei), quicumque alius transiliet moenia mea," interfectum (esse).

Ita solus potitus (est) imperio Romulus; condita urbs conditoris nomine appellata (est).

Palatium primum, in quo ipse erat educatus, muniit.

Sacra dis aliis Albano ritu, Graeco (ritu) Herculi, ut ab Evandro instituta erant, facit.

Herculem in ea loca Geryone interempto boves mira specie abegisse memorant, ac prope Tiberim fluvium, qua prae se armentum agens nando traiecerat, loco herbido ut quiete et pabulo laeto reficeret boves et ipsum fessum via procubuisse.

Ibi cum eum cibo vinoque gravatum sopor oppressisset, pastor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum cum avertere eam praedam vellet, quia si agendo armentum in speluncam compulsisset ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant, aversos boves eximium quemque pulchritudine caudis in speluncam traxit.

Hercules ad primam auroram somno excitus cum gregem perlustrasset oculis et partem abesse numero sensisset, pergit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia ferrent.

Quae ubi omnia foras versa (esse) vidit nec in partem aliam ferre, confusus atque incertus animi ex loco infesto agere porro armentum occepit.

Inde cum actae boves quaedam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem convertit.

Quem cum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset, ictus clava fidem pastorum nequiquam invocans morte occubuit.

Evander tum ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis quam imperio regebat loca, venerabilis vir miraculo litterarum, rei novae inter rudes artium homines, venerabilior divinitate credita Carmentae matris, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam adventum miratae eae gentes fuerant.

Is tum Evander concursu pastorum trepidantium circa advenam manifestae reum caedis excitus postquam facinus facinorisque causam audivit, habitum formamque viri aliquantum ampliorem augustioremque humana intuens rogat qui vir esset.

Ubi nomen patremque ac patriam accepit, inquit

"Iove nate, Hercules, salve," inquit; "te mihi mater, veridica interpres deum, aucturum (esse) caelestium numerum cecinit, tibi^{que} aram hic dicatum iri quam opulentissima olim in terris gens maximam vocet tuoque ritu colat."

Dextra Hercules data accipere se omen (esse) impleturumque fata ara condita ac dicata ait.

Ibi tum primum bove eximia capta de grege sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quae tum familiae maxime inclitae ea loca incolebant, factum (est).

Forte ita evenit ut Potitii ad tempus praesto essent iisque exta apponerentur, Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem.

Inde institutum mansit donec Pinarium genus fuit, ne extis eorum sollemnium vescerentur.

Potitii ab Evandro edocti antistites sacri eius per multas aetates fuerunt, donec tradito servis publicis sollemni familiae ministerio genus omne Potitiorum interiit.

Haec tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit, iam tum immortalitatis virtute partae ad quam eum sua fata ducebant, fautor.

Ab urbe condita, I, 24, T. Livio. Una tempesta sull'Appennino

Hannibalem transeuntem Appenninum adeo atrox adorta tempesta est, ut Alpium prope foeditatem superaverit.

Vento mixtus imber cum ferretur in ipsa ora, primo, quia aut arma omittenda erant aut, contra enitentes, vertice intorti, adfligebantur, constitere; dein, cum iam spiritum includeret nec recipere animam sineret, aversi a vento, parumper consedere.

Tum vero ingenti sono caelum strepère et inter horrendos fragores micare ignes; capti auribus et oculis metu omnes torpère; tandem effuso imbre, cum eo magis accensa vis venti esset, ipso illo quo deprenti erant loco castra ponere necessarium visum est.

Id vero laboris velut de integro initium fuit; nam nec explicare quicquam nec statuere poterant nec quod statutum esset manebat, omnia perscindente vento et rapiente.

Et mox aqua levata vento, cum super gelida montium iuga concreta esset, tantum nivosae grandinis deiecit, ut, omnibus omissis, procumberent homines, tegminibus suis magis obruti quam tecti;

tantaque vis frigoris insecuta est ut ex illa miserabili hominum iumentorumque strage cum se quisque attollere ac levare vellet, diu nequiret, quia, torpentibus rigore nervis, vix flectere artus poterant.

Biduum eo loco velut obsessi mansere.

Multi homines multaue iumenta (absunti sunt), elephanti quoque ex iis, qui, proelio ad Trebiam acto, superfuerant, septem absunti (sunt)

Ab Urbe condita I, 58, Livio. Sesto Tarquinio e il sacrificio di Lucrezia

Paucis interiectis diebus Sex. Tarquinius inscio Collatino cum comite uno Collatiam venit.

Ubi, exceptus benigne ab ignaris consilii cum post cenam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa (loca) sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit sinistraque manu mulieris pectore oppresso (inquit).

"Tace, Lucretia" inquit; "Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est; moriere, si emiseris vocem."

Cum pavida ex somno mulier nullam opem, prope mortem imminemtem videret, tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum.

Ubi obstinatam videbat et (videbat) ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus: cum mortua iugulatum servum nudum positurum (esse) ait, ut in sordido adulterio necata (esse) dicatur.

Quo terrore **cum vicisset** obstinatam pudicitiam velut vi victrix libido (esset), **profectusque** inde Tarquinius ferox **expugnato decore muliebri** **esset**,
Lucretia maesta tanto malo nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamque ad virum mittit, **ut cum singulis fidelibus amicis veniant**;
(dicebat) ita **facto maturatoque opus esse; rem atrocem incidisse.**

Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Iunio Bruto venit, **cum quo forte Romam rediens ab nuntio uxoris erat conventus.**

Lucretiam sedentem maestam in cubiculo inveniunt.

Adventu suorum lacrimae obortae (sunt), quaerentique viro (inquit)

"Satin (res est) salve?"

"Minime (est)" ~~inquit~~; "quid enim salvi est mulieri **amissa pudicitia?**"

Vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo; ceterum corpus est tantum violatum, animus insons; mors testis erit.

Sed date dexteras fidemque **haud impune adultero fore.**

Sex. est Tarquinius **qui hostis pro hospite priore nocte vi armatus mihi sibi, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium."**

Dant ordine omnes fidem; consolantur aegram animi **avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: (dicunt) mentem peccare, non corpus, et unde consilium afuerit culpam abesse.**

(inquit)

"Vos" ~~inquit~~ "videritis **quid illi debeatur: ego me etsi peccato absolvo, supplicio non libero; nec ulla deinde impudica Lucretiae exemplo vivet."**

Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit, prolapsaque in volnus moribunda cecidit. Conclamat vir paterque.

AB URBE CONDITA, II,6, TITO LIVIO. MORTE DI ARRUNTE E BRUTO

Postquam in agrum Romanum ventum est, obviam hosti consules eunt.

Valerius quadrato agmine (in formazione di linea) peditem ducit:

Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit.

Eodem modo primus eques hostium agminis fuit;

praeerat Arruns Tarquinius filius regis, rex ipse cum legionibus sequebatur. Arruns ubi ex lictoribus procul consulem esse (cognovit), deinde iam propius ac certius facie quoque Brutum cognovit, inflammatus ira inquit

"ille est vir" inquit, "qui nos extorres expulit patria.

Ipsa enim ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit.

Di, regum ultores, adeste."

Concitat calcaribus equum atque in ipsum infestus consulem derigit.

Sensit in se iri Brutus;

decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus;

avide itaque se certamini offert;

adeoque infestis animis concurrerunt, neuter dum hostem vulneraret sui protegendi corporis memor, ut contrario ictu per parmam uterque transfixus duabus haerentes hastis moribundi ex equis lapsi sint.

Etruschi accolti a Roma dopola sconfitta di Ariccia

Primo Aricinos res necopinata perculerat;

Omisso Romano bello, Porsena, ne frustra in ea loca exercitus adductus (esse) videretur, cum parte copiarum filium Arruntem Ariciam oppugnatum misit.

arcessita deinde auxilia et a Latinis populis et a Cumis tantum spei fecere ut acie decernere auderent.

Proelio inito, adeo concitato impetu se intulerant Etrusci ut funderent ipso incursu Aricinos:

Cumanae cohortes, arte adversus vim usae, declinavere paululum et effusos hostes, conversis signis, a tergo adortae sunt.

Ita, in medio prope iam victores, Etrusci caesi sunt.

Curatis vulneribus, alii profecti sunt domos, nuntii hospitalium beneficiorum, // multos Romae hospitem et urbis caritas tenuit.

Pars perexigua, duce amisso, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes specie supplicum pervenerunt.

His locus ad habitandum datus (est), quem deinde Tuscum vicum appellaverunt.

AB URBE CONDITA IV, 38 T. LIVIO. SESTO TEMPANIO, UN EROE

Iam omnibus locis ceditur, nequiquam Sempronio consule obiurgante atque hortante.

Nihil nec imperium nec maiestas valebat, dataque mox terga hostibus forent, ni Sex. Tempanius, decurio equitum, labante iam re, praesenti animo subvenisset.

Qui cum magna voce exclamasset ut equites, qui salvam rem publicam vellent esse, ex equis desilirent, omnium turmarum equitibus velut ad consulis imperium motis, (inquit)

"nisi haec" inquit, "parmata cohors sistit impetum hostium, actum de imperio est (actum est de aliquo, de aliqua re= è finita per qualcuno, per qualche cosa).

Sequimini pro vexillo cuspidem meam;

ostendite Romanis Volscisque neque equitibus vobis ullos equites (esse pares) nec peditibus (vobis) esse pedites (ullos) pares".

Cum clamore comprobata adhortatio esset, vadit alte cuspidem gerens.

Quacumque incedunt, vi viam faciunt;

eo se inferunt, obiectis parmis, ubi suorum plurimum laborem vident.

Restituitur omnibus locis pugna, in quae eos impetus tulit;

nec dubium erat quin, si tam pauci simul obire omnia possent, terga daturi (dedissent) hostes fuerint.

Ab Urbe Codita, V, 4, Tito Livio. Bisogna continuare la guerra contro Veio

Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani et perfici quam primum oportet.

Perficietur autem si urgemus obsessos, si non ante abscedimus quam spei nostrae finem captis Veis imposuerimus.

Si, hercules, nulla alia causa (est), ipsa indignitas perseverantiam imponere debuit nobis.

Decem quondam annos urbs oppugnata est ob unam mulierem ab universa Graecia:

quam procul a domo (erat), quot terras, quot maria distans!

Nos autem intra vicesimum lapidem, in conspectu prope urbis nostrae, annuam oppugnationem perferre piget?

Fuerit sane levis huius causa belli neque iustus sit dolor, qui nos ad perseverantiam stimulet, at superiores illas iniurias quis vestrum, Quirites, oblivisci potest?

Septies rebellarunt; in pace nunquam fida fuere; Etruriam omnem adversus nos concitare voluerunt, hodieque id moliuntur.

Cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet?

Si reducimus exercitum, quis dubitet illos non cupiditate solum ulciscendi sed etiam necessitate imposita ex alieno praedandi, agrum nostrum invasuros (esse)?

Utinam numquam illum diem populus noster videat!

Ne differamus igitur bellum isto modo neque intra fines nostros ferri sinamus.

Lentulo sostiene che l'esercito, rinchiuso alla Forche Caudine, deve essere salvato a ogni costo

sed hic patriam video, hic quidquid Romanarum legionum est;

Equidem mortem pro patria praeclaram esse fateor et me vel devovere pro populo Romano legionibusque vel in medios me immittere hostes paratus sum;

quae nisi pro se ipsis ad mortem ruere volunt, quid habent quod morte sua servent?

Tecta urbis, dicat aliquis, et moenia et eam turbam a qua urbs incolitur.

Immo hercule produntur ea omnia, deleto hoc exercitu, non servantur.

Quis enim ea tuebitur? Imbellis videlicet atque inermis multitudo.

Tam hercule quam a Gallorum impetu defendit.

An a Veii exercitum et Camillum|ducem implorabunt?

Hic omnes spes opesque sunt, **quas** servando patriam **servamus**, dedendo ad necem patriam deserimus [ac prodimus].

At foeda atque ignominiosa deditio est.

Sed ea caritas patriae est **ut tam** ignominia eam **quam** morte nostra, **si** opus sit, **servemus**.

Subeatur ergo ista, **quantacumque est**, **indignitas** et pareatur necessitati, **quam ne** di **quidem** superant.

Ab Urbe condita, XIII, 7 Tito Livio. Il console Popilio contro i Liguri

Et in Liguribus in agro Statellati pugnatum (est) ad oppidum Carystum.

Eo se magnus exercitus Ligurum contulerat.

Primo sub adventum M. Popili consulis moenibus sese continebant; deinde, postquam (=poiché) **oppidum oppugnatum (esse) Romanum cernebant, **progressi, ante portas aciem struxerunt.****

Nec consul, ut qui id ipsum oppugnatione comminanda quaesisset, moram certamini fecit.

Pugnatum amplius tres est horas ita, ut neutro inclinaret spes.

Quod ubi consul vidit nulla parte moveri Ligurum signa, imperat equitibus, ut equos conscendant ac tribus simul partibus in hostis, quanto maximo possent tumultu, incurrant.

Pars magna equitum mediam traiecit aciem et ad terga pugnantium pervasit.

Inde terror iniectus (est) Liguribus; diversi, in omnes partes fugerunt, perpauci (fugerunt) retro in oppidum, quia inde se maxime obiecerat eques.

Et pugna tam pervicax multos absumpserat Ligurum, et in fuga passim caesi sunt.

Decem milia hominum caesa (esse) traduntur, amplius septingenti passim capti (esse), signa militaria relata (esse) octoginta duo.

Ab Urbe condita XXI, 19 , Livio. I Romani cercano invano alleati in Spagna

Legati Romani ab Carthagine, sicut iis Romae imperatum erat, in Hispaniam ut adirent civitates ut in societatem perlicerent **aut** averterent a Poenis, traiecerunt.

Ad Bargusios primum venerunt, a quibus benigne excepti (sunt), quia taedebat imperii Punici; multos trans Hiberum populos ad cupidinem novae fortunae erexerunt.

Inde est ventum ad Volcianos, quorum celebre per Hispaniam responsum ceteros populos ab societate Romana avertit.

Ita enim maximus natu ex iis in concilio respondit:

"Quae verecundia est, Romani, postulare vos ut(i) vestram Carthaginiensium amicitiae praeponamus, cum (illos) qui id fecerunt, Saguntinos crudelius, quam Poenus hostis perdidit, vos socii prodideritis?

Ibi quaeratis socios **censeo** ubi Saguntina clades ignota est;

Hispanis populis sicut lugubre, ita insigne documentum Sagunti ruinae erunt **ne** (ali)quis fidei Romanae aut societati confidat.

" Inde extemplo abire finibus Volcianorum iussi, ab nullo deinde concilio Hispaniae benigniora verba **tulere**.

AUC, XXII, 44,1-4, Livio. Annibale ordina ai Numidi di provocare i nemici

Consules satis exploratis itineribus sequentes Poenum, **ut ventum ad Cannas est et in conspectu Poenum habebant, bina castra communiunt,** eodem ferme intervallo quo (communierant castra) ad Gereonium sicut ante, copiis divisis.

Aufidus amnis, utrisque castris adfluens, aditum aquatoribus ex **sua** cuiusque opportunitate haud sine certamine dabat;

ex minoribus tamen castris, **quae** posita trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romani, **quia** ripa ulterior nullum habebat hostium praesidium.

Hannibal spem nactus **locis natis ad equestrem pugnam (partem virium = quella parte di forze), qua parte virium invictus erat, facturos (esse) copiam pugnandi consules, dirigit aciem lacessitque** Numidarum procursatione hostes.

AUC, XXII, 44, 5-7, Livio. Dannose polemiche tra i consoli E.Paolo e T. Varrone.

Inde rursus sollicitari seditione militari ac discordia consulum Romana castra, cum Paulus (obiceret) Sempronique et Flamini temeritatem Varroni, Varro speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum (esse) Fabium **obiceret**

testareturque deos hominesque

hic nullam penes se culpam esse, **quod Hannibal iam vel[ut] usu cepisset Italiam;**

se constrictum a collega teneri;

ferrum atque arma iratis et pugnare cupientibus adimi militibus;

ille, si quid proiectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpa exsortem, omnis eventus participem fore diceret;

videret ut (eis) quibus lingua prompta ac temeraria (esset), aequae in pugna vigerent manus.

AUC, XXII 45, 1-5. Varone senza consultare il collega attacca battaglia

Dum altercationibus magis quam consiliis tempus **teritur**, **Hannibal ex acie**, **quam** ad multum diei **tenuerat** instructam, **cum** in castra ceteras **reciperet** copias, **Numidas /ad invadendos** ex minoribus castris Romanorum **aquatores/ trans flumen mittit**.

Id vero indignum **visum est** ab tumultuario auxilio iam etiam castra Romana **terreri**, (ita)**ut** ea modo una causa **ne extemplo transirent flumen et dirigerent aciem**, **tenuerit Romanos quod summa imperii eo die penes Paulum fuerit**.

Quam (Et eam) inconditam turbam **cum** vixdum in ripam egressi clamore ac tumultu **fugassent**, **in** stationem quoque **pro** vallo locatam atque ipsas **prope** portas **evecti sunt**.

Itaque postero die Varro, **cui** sors eius diei imperii erat, nihil **consulto collega signum proposuit et instructas copias flumen traduxit**, **sequente Paulo quia** magis non probare quam non adiuvere consilium **poterat**.

AUC, XXII, 46, 1-7. Lo schieramento di Annibale

Hannibal luce prima, Baliaribus levique alia armatura praemissa, transgressus flumen, **ut** quosque traduxerat, **ita in acie locabat**, : Gallos Hispanosque equites prope ripam laevo in cornu adversus Romanum equitatum; dextrum cornu Numidis equitibus datum (est) ,media acie peditibus firmata, **ita ut Afrorum utraque cornua essent**, (et) **interponerentur** his medii Galli atque Hispani.

Afros Romanam magna ex parte crederes aciem; ita armati erant armis et ad Trebiam, ceterum magna ex parte ad Trasumennum captis.

Gallis Hispanisque scuta eiusdem formae fere **erant**, dispaes ac dissimiles gladii, Gallis praelongi ac sine mucronibus, Hispano, punctim magis quam caesim adsueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronibus.

Ante alios habitus gentium harum **cum** magnitudine corporum, **tum** specie terribilis erat: Galli super umbilicum erant nudi: Hispani linteis praetextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus, constiterant.

Numerus omnium peditum qui tum stetero in acie milium fuit quadraginta, decem equitum.

Duces cornibus praeerant: sinistro Hasdrubal, dextro Maharbal; mediam aciem Hannibal ipse cum fratre Magone tenuit.

Sol, seu de industria ita locatis, seu quod forte ita stetero peropportune, **utrique parti obliquus erat**, Romanis in meridiem, Poenis in septentrionem versis;

ventus - Volturum regionis incolae vocant - adversus Romanis coortus **multo pulvere** in ipsa ora **voluendo prospectum ademit**.

AUC, XXII, 48, 1-4. Inganno cartaginense

Iam et sinistro cornu Romanis, **ubi** sociorum equites **adversus** Numidas **steterant**, **consertum proelium erat**, segne primo et a Punica **coeptum fraude**.

Quingenti ferme Numidae, /praeter solita arma et tela gladios occultos sub lorice **habentes**/, **specie transfugarum cum** ab suis /parmas post terga habentes/ **adequitassent**, **repente ex equis desiliunt et** /parmis et iaculis ante pedes hostium proiectis/ in mediam aciem accepti et ducti/ **ad ultimos considerare ab tergo iubentur**.

Ac dum proelium ab omni parte conseritur, **quieti manserunt**;

postquam omnium animos et oculos occupaverat certamen, **tum arreptis scutis**, **quae** passim inter acervos caesorum corporum **strata erant**, **aversam adoriuntur Romanam aciem**, **et** terga **ferientes** ac poplites **caedentes stragem ingentem ac maiorem aliquanto pavorem ac tumultum fecerunt**.

AUC, XXII, 49,6-12. Ultime parole del console Emilio Paolo

Cn. Lentulus tribunus militum cum praetervehens equo sedentem in saxo cruore opletum consulem vidisset, (inquit)

"L. Aemili" inquit, "**quem** unum insontem culpa cladis hodiernae dei respicere debent, **cape hunc equum**, **dum** et tibi virium aliquid superest [et] comes ego te tollere possum ac protegere.

Ne funestam hanc pugnam morte consulis **feceris**; etiam sine hoc lacrimarum satis luctusque est".

Ad ea consul (dixit): "tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute **esto**; sed **cave**, frustra miserando exiguum tempus e manibus hostium evadendi **absumas**.

Abi, nuntia publice patribus urbem Romanam **muniant** ac **priusquam victor hostis adveniat praesidiis firment**;

privatim (nuntia) Q. Fabio L. Aemilium praeceptorum eius memorem et **vixisse** (et adhuc) et **mori**.

(nuntia)Me in hac strage militum meorum patere expirare, **ne** aut reus iterum e consulatu **sim aut accusator** collegae **existam ut alieno crimine innocentiam meam protegam**."

Haec eos agentes prius turba fugientium civium, deinde hostes **oppressere**; consulem ignorantes **quis esset obruere** telis, Lentulum in tumultu **abripuit** equus.

AUC, XXII, 49,13-18. Tragico bilancio della battaglia

Tum undique effuse fugiunt. Septem milia hominum in minora castra, decem in maiora, duo ferme in vicum ipsum Cannas **perfugerunt**, **qui** **extemplo a Carthalone atque equitibus, nullo munimento tegente vicum, circumventi sunt.**

Consul alter, seu forte, seu consilio, nulli fugientium insertus agmini, cum quinquaginta fere equitibus Venusiam **perfugit**.

Quadraginta quinque milia quingenti pedites, duo milia septingenti equites, et tantadem prope civium sociorumque pars, caesi (esse) **dicuntur**; in his ambo consulum quaestores, L. Atilius et L. Furius Bibaculus, et undetriginta tribuni militum, consulares quidam praetorii et aedilicii - inter eos Cn. Servilium Geminum et M. Minucium numerant, **qui** (fuerat) magister equitum priore anno, consul aliquot annis ante **fuerat** - octoginta praeterea aut senatores, aut (ei) **qui** eos magistratus **gessissent**, unde in senatum legi deberent, **cum** sua voluntate milites in legionibus facti essent. Capta (esse) eo proelio tria milia peditum et equites mille et quingenti **dicuntur**.

Ab Urbe condita XXII, 58, Tito Livio. Annibale propone il riscatto dei prigionieri catturati a Canne

Namque Hannibal, secundum tam prosperam ad Cannas pugnam, victoris magis quam bellum gerentis intentus curis, **cum, **captivis productis segregatisque, socios, sicut ante (fecerat) ad Trebiam Trasumennumque lacum, benigne adlocutus, sine pretio dimisisset, Romanos quoque vocatos, quod nunquam (fuerat) alias antea, satis miti sermone adloquitur: non internecivum sibi esse cum Romanis bellum; de dignitate atque imperio certare.****

(dixit) Et patres virtuti Romanae cessisse et se id **adniti ut suae in vicem simul felicitati et virtuti cedatur.**

(dixit) Itaque redimendi se captivis copiam **facere; pretium **fore** in capita equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, servo centenos.**

Quamquam aliquantum adiciebatur equitibus ad id pretium quo pepigerant dedentes se, laeti tamen quamcumque condicionem paciscendi acceperunt.

Placuit suffragio ipsorum decem deligi qui Romam ad senatum irent, **nec pignus aliud fidei quam ut iurarent se redituros acceptum (est).**

Missus (est) cum his Carthalo, nobilis Carthaginiensis, qui, si forte ad pacem inclinaret animus, condiciones ferret.

Cum egressi castris essent, unus ex iis, minime Romani ingenii homo velut aliquid oblitus, iuris iurandi solvendi causa cum in castra redisset, ante noctem comites adsequitur.

Ubi Romam venire eos nuntiatum est, Carthalonum obviam lictor missus (est), qui dictatoris verbis nuntiaret ut ante noctem excederet finibus Romanis.

Ab Urbe condita, XXII, 61, 10-13, Tito Livio. Conseguenze della battaglia di Canne

Quanto autem maior ea clades superioribus cladibus fuerit vel ea res indicio est, quod (ei), qui sociorum ad eam diem firmi steterant, tum labare coeperunt nulla profecto alia de re quam quod desperaverant de imperio.

Defecere autem ad Poenos hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites praeter Pentros, Bruttii omnes, Lucani, praeter hos Surrentini, et Graecorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini, Crotonienses Locrique, et Cisalpini omnes Galli.

Nec tamen eae clades defectionesque sociorum moverunt ut pacis usquam mentio apud Romanos fieret, neque (fieret mentio) ante consulis Romam adventum nec (fieret mentio) postquam is rediit renovavitque memoriam acceptae cladis.

Quo in tempore ipso adeo magno animo civitas fuit, ut consuli, ex tanta clade, cuius ipse causa maxima fuisset, redeunti et obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit et gratiae actae (sint) quod de re publica non desperasset; cui si Carthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum (non avrebbe dovuto rifiutare) supplicii foret.

Ab Urbe condita, XXIII, 11-12, Tito Livio. Magone annuncia a Cartagine la vittoria di Canne

Dum haec Romae atque in Italia geruntur, nuntius victoriae ad Cannas Carthaginem venerat Mago Hamilcaris filius, non ex ipsa acie a fratre missus **sed retentus** aliquot dies in recipiendis civitatibus Bruttiorum quae deficiebant.

Is, cum ei senatus datus esset, res gestas in Italia a fratre exponit: cum sex imperatoribus eum, quorum quattuor consules, duo dictator ac magister equitum fuerint, cum sex consularibus exercitibus acie **conflixisse**; **occidisse** supra ducenta milia hostium, supra quinquaginta milia **cepisse**. Ex quattuor consulibus duos **occidisse**; ex duobus saucium alterum, alterum **toto amisso exercitu** vix cum quinquaginta hominibus **effugisse**. Magistrum equitum, quae consularis potestas sit, fusum, **(esse) fugatum**; dictatorem, quia se in aciem nunquam commiserit, unicum **haberi** imperatorem. Bruttios Apulosque, partim Samnitium ac Lucanorum **defecisse** ad Poenos. Capuam, quod caput non Campaniae modo sed post adflictam rem Romanam Cannensi pugna Italiae sit, Hannibali **se tradidisse**. Pro his tantis totque victoriis **verum esse** grates deis immortalibus agi haberique.

Ad fidem deinde tam laetarum rerum effundi in vestibulo curiae iussit anulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut, metientibus dimidium (anulorum aureorum), supra tres modios exlesse, sint (attestare) quidam auctores:

AB URBE CONDITA XXIV 42 , T. Livio I Romani vincono i Cartaginesi a Munda e a Oringis

Ad Mundam exinde castra Punica **mota (sunt)** et Romani eo confestim **secuti sunt**.

Ibi signis conlatis pugnatum (est) per quattuor ferme horas egregieque vincentibus Romanis signum receptui est datum, quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat **pavorque** circa eum **ceperat milites ne mortiferum esset volnus**.

Ceterum haud dubium fuit quin, **nisi ea mora intervenisset**, castra eo die Punica capi potuerint; **nam non milites solum sed elephanti etiam usque ad vallum acti erant, superque ipsas fossas novem et triginta elephanti pilis confixi (erant)**.

Hoc quoque proelio ad duodecim milia hominum **dicuntur caesa (esse)**, prope tria (milia) **capta (esse)** cum signis militaribus septem et quinquaginta.

Ad Auringem inde urbem Poeni recessere et, **ut territis instaret**, secutus est Romanus.

Ibi iterum Scipio lecticula in aciem inlatus confluxit, nec dubia victoria fuit; minus tamen dimidio hostium quam antea, **quia pauciores superfuerant** qui pugnarent, occisum (est).

A.U.C. XXV, 3, Tito Livio. Condanna di un appaltatore.

Publicanus erat M. Postumius, **qui multis annis parem fraude avaritiaque neminem in civitate habuerat praeter T. Pomponium Veientanum**, quem populantem temere agros in Lucanis ductu Hannonis priore anno cepserant Carthaginenses.

Hi, **quia** publicum periculum **erat** a vi tempestatis in iis quae portarentur ad exercitus, et **ementi erant** falsa naufragia et ea ipsa quae vera **renuntiaverant** fraude ipsorum **facta erant**, non casu, **in veteres quassasque naves paucis et parvi pretii rebus impositis**, **cum mersissent eas in alto**, **exceptis in praeparatas scaphas nautis**, **multiplures fuisse merces** **ementiebantur**.

Ea fraus indicata M. Aemilio praetori priore anno fuerat ac per eum ad senatum delata nec tamen ullo senatus consulto notata **quia** patres ordinem publicanorum in tali tempore offensum nolebant.

Populus severior vindex fraudis erat, excitati tandem duo tribuni plebis Spurius et Lucius Carvili, **cum rem invisam infamemque cernerent**, ducentum milium aeris multam M. Postumio dixerunt.

AUC XXV,23. Marcello tenta di indurre i Siracusani a una resa onorevole

Namque Marcellus initio veris incertus utrum Agrigentum ad Himilconem et Hippocraten verteret bellum **an** obsidione Syracusas premeret, quamquam nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo situ urbem nec fame, (adeo) ut quam prope liberi a Carthagine commeatus (eas) alerent, tamen, **ne quid inexpertum relinqueret**, transfugas Syracusanos — erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi viri, inter defectionem ab Romanis, quia ab novis consiliis abhorrebant, **pulsi — conloquiis suae partis temptare hominum animos iussit et fidem dare, si traditae forent Syracusae, libero^s eos ac suis legibus victuros esse.**

Non erat conloquii copia, quia multorum animi suspecti omnium curam oculosque eo converterant ne quid falleret tale admissum.

Servus unus exulum, pro transfuga intromissus in urbem, conventis paucis initium conloquendi de tali re fecit.

Deinde in piscatoria quidam nave retibus operti (sunt) et circumvecti (sunt) ita ad castra Romana **et** conlocuti (sunt) cum transfugis, et iidem saepius eodem modo et alii atque alii; postremo ad octoginta facti (sunt).

Et cum iam composita omnia ad prodicionem essent, indicio delato ad Epicyden per Attalum quendam, indignantem sibi rem **creditam non esse, necati omnes cum cruciatu sunt.**

AUC XXVII, 19. Scipione libera il giovinetto numida Massiva

Cum Afros venderet iussu imperatoris quaestor, puerum adultum inter eos forma insigni **cum audivisset** regii generis esse, **ad Scipionem misit.**

orbum a patre relictum apud maternum avum Galam, regem Numidarum, eductum, cum avunculo Masinissa, **qui nuper cum equitatu subsidio Carthaginiensibus venisset**, in Hispaniam traiecisse; prohibitum propter aetatem a Masinissa nunquam ante proelium inisse: eo die quo pugnatum cum Romanis esset

Quem (et eum) **cum percontaretur Scipio quis et cuius et cur id aetatis in castris fuisset**, Numidam esse **ait**, Massivam populares vocare:

eo die **quo pugnatum cum Romanis esset**, inscio avunculo, clam armis equoque sumpto, in aciem exisse; ibi, prolapso equo, effusum in praeceps **captum** ab Romanis **esse**.

Scipio cum adservari Numidam iussisset, (ea) quae pro tribunali agenda erant **peragit**;

inde cum se in praetorium recepisset, **vocatum eum interrogat velletne ad Masinissam reverti**.

Cum effusis gaudio lacrimis cupere vero **diceret**, **tum puero anulum aureum tunicam lato clavo cum Hispano sagulo et aurea fibula equumque ornatum donat, et**, iussis prosequi quoad vellet equitibus, **dimisit**.

AUC, XXVIII, 3-4. Cornelio Scipione conquista la città spagnola di Oringi

Scipio, castris prope urbem positis, priusquam circumvallaret urbem **misit ad portas (eos) qui ex propinquo adloquio animos temptarent et suaderent ut amicitiam potius quam vim experirentur Romanorum**.

Ubi nihil pacati respondebatur, fossa et duplici vallo circumdata urbe, **in tres partes exercitum dividit ut una semper pars, quietis interim duabus, oppugnaret**.

Prima pars **cum adorta oppugnare est**, atrox sane et anceps proelium fuit;

etiam (ei) **qui erexerant ad murum scalas**, alii, furcis ad id ipsum factis, detrudebantur, in alios lupi superne ferrei iniecti (sunt) (ita) **ut in periculo essent ne suspensi in murum extraherentur**.

non subire, **non** scalas ferre ad muros prae incidentibus telis (non) **facile erat**;

Quod (et hoc) ubi animadvertit Scipio nimia paucitate suorum exaequatum certamen esse et iam eo superare hostem quod ex muro pugnaret, duabus simul partibus, prima recepta, urbem est adgressus.

Quae (et haec) res tantum pavoris iniecit fessis iam cum primis pugnando, ut et oppidani moenia repentina fuga desererent et Punicum praesidium metu ne prodita urbs esset, relictis stationibus, in unum se colligeret.

itaque, patefacta repente porta, frequentes ex oppido sese eiecerunt, scuta prae se tenentes ne tela procul conicerentur, (et) dextras nudas ostentantes ut gladios abiecisse appareret.

Timor inde oppidanos incessit ne, si hostis urbem intrasset, sine discrimine Poenus esset an Hispanus esset obvii passim caederentur;

Id utrum parum ex intervallo sit conspectum an dolus aliquis suspectus fuerit incertum est;

impetus hostilis in transfugas factus (est), nec secus quam adversa acies caesi (sunt); eademque porta signa infesta urbi inlata (sunt).

Additum erat et triariorum equiti praesidium;

Et aliis partibus securibus dolabrisque caedebantur portae et refringebantur, et ut quisque intraverat eques, ad forum occupandum—ita enim praeceptum erat—citato equo pergebat.

legionarii ceteras partes urbis pervadunt.

Carthaginienses omnes in custodiam dati sunt, oppidanorum quoque trecenti ferme qui clauserant portas;

ceteris traditum (est) oppidum, suae redditae (sunt) res.

Cecidere in urbis eius oppugnatione hostium duo milia ferme, Romanorum haud amplius nonaginta.

Direptione et caede obviorum, nisi (eorum) qui armis se tuebantur, abstinerunt.

R

Ab Urbe condita XXX, 12, 4-11, Livio: Scipione rimprovera Massinissa per la passione concepita da costui per Sofonisba, moglie del vinto re Siface e acerrima nemica dei Romani

Aliqua te existimo, Masinissa, intuentem in me bona et principio in Hispania ad iungendam mecum amicitiam venisse et (existimo) postea in Africa te ipsum spesque omnes tuas in fidem meam commisisse.

Atqui nulla earum virtus est propter quas tibi adpetendus (esse) visus sim qua ego aequae ac temperantiae et continentiae libidinum gloriatum fuerim.

Hanc te quoque ad ceteras tuas eximias virtutes, Masinissa, adiecisse velim.

Non est, non – mihi crede – tantum ab hostibus armatis aetati nostrae periculi quantum ab circumfusiis undique voluptatibus.

(is) **Qui eas temperantia sua frenavit ac domuit multo maius decus maioremque victoriam sibi peperit quam nos Syphace victo habemus.**

Quae me absente strenue ac fortiter fecisti libenter et commemoravi et memini:

cetera te ipsum reputare tecum quam me dicente erubescere malo.

Syphax populi Romani auspiciis victus captusque est.

Itaque ipse coniunx, regnum, ager, oppida, homines qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, praeda populi Romani est;

et regem coniugemque eius, etiamsi non civis Carthaginensis esset, etiamsi non patrem eius imperatorem hostium videremus, Romam oporteret mitti, ac senatus populi Romani de ea iudicium atque arbitrium esse quae regem socium nobis alienasse atque in arma egisse praecipitem dicatur.

Vince animum; cave deformes multa bona uno vitio et tot meritorum gratiam maiore culpa quam causa culpae est corrumpas”

AUC, XXX,21. GLI UOMINI SENTONO MENO INTENSAMENTE IL BENE CHE IL MALE

Cuius (sed eius) duplicis gratulationis minuit laetitiam et quod parum duces aut animi aut virium habuisse videbantur et quod solliciti erant, omni belli mole in unum

Romam per eosdem dies et Magonem et Hannibalem profectos (esse) **allatum est. exercitum ducemque inclinata, quo evasura esset res.**

Per eosdem dies legati Saguntini venerunt comprehensos cum pecunia adducentes Carthaginienses qui ad conducenda auxilia in Hispaniam traiecissent.

Ducenta et quinquaginta (pondo) auri, octingenta pondo argenti in vestibulo curiae posuerunt.

.eritnæ slsm msup snod zenimorl zuingæ tæ stot audhoineæ ds ebniæb oitnæM

Hominibus acceptis et in carcerem conditis, auro argentoque reddito, gratiae legatis actae sunt, atque insuper munera data (sunt) ac naves quibus in Hispaniam reverterentur.

!ezzinimem ezæ (tæzæ) eupairvosq zihoret mutnsup zilsdinnsh msilstl ni utianstT

quas deinde clades, quos luctus incidisse! Visa (sunt) castra Hostium e muris urbis: quae vota singulorum universorumque fuisse!

(Senes Dicebant) Dedit id deos tandem sexto decimo demum anno, nec esse (eum) qui dis grates agendas (esse) censeat;

Quotiens in conciliis voces manus ad caelum porrigentium auditas (esse) en unquam ille dies futurus esset quo vacuum hostibus Italiam bona pace florentem visuri esent!

adeo ne advenientem quidem gratiam homines benigne accipere, nedum ut praeteritae (gratiae) satis memores sint.

Conclamatum deinde ex omni parte curiae est uti referret P. Aelius praetor; et decretum (est) ut quinque dies circa omnia pulvinaria supplicaretur et victimae maiores immolarentur centum viginti.

am dimisso Laelio legatisque Massinissae cum Carthaginiensium legatos de pace ad senatum venientes Puteolis visos inde terra venturos (esse) allatum esset, revocari. Laelium placuit ut coram eo de pace ageretur.

}. Fulvius Gellio, legatus Scipionis, Carthaginienses Romam adduxit; quibus vetitis ingredi urbem, hospitium in villa publica (datum est), senatus ad aedem Bellonae datus est.

AB URBE CONDITA XXX, 30, 1-30, T.LIVIO. ANNIBALE CHIEDE LA PACE A SCIPIONE

Summotis pari spatio armatis, cum singulis interpretibus congressi sunt, non suae modo aetatis maximi duces sed omnis ante se memoriae omnium gentium, cuilibet regum (maximorum) imperatorumque pares.

Paulisper alter alterius conspectu, admiratione mutua prope attoniti, conticuere; tum Hannibal prior (dixit):

'si hoc ita fato datum erat ut qui primus bellum intuli populo Romano, **quique** totiens prope in manibus victoriam habui, is ultro (=spontaneamente) ad pacem petendam venirem, laetor te mihi sorte potissimum datum (esse) a quo peterem (eam).

Tibi quoque inter (tua) multa egregia non in ultimis (tuarum) laudum hoc fuerit Hannibalem cui tot de Romanis ducibus victoriam di dedissent tibi cessisse, **teque** huic bello vestris prius quam nostris cladibus insigni finem imposuisse.

Hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna ut cum patre tuo consule ceperim arma, cum eodem primum Romano imperatore signa contulerim, ad filium eius inermis ad pacem petendam veniam.

Optimum quidem fuerat eam patribus nostris mentem datam ab dis esse ut et vos (essetis) Italiae et nos Africae imperio contenti essemus; **neque** enim ne vobis quidem Sicilia ac Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tam egregiis amissis ducibus; **sed** praeterita magis reprehendi possunt quam corrigi.

Ita aliena appetivimus ut de nostris dimicarem **nec** in Italia solum nobis (esset) bellum, vobis (bellum) in Africa esset; **sed** et vos in portis vestris prope ac moenibus signa armaque hostium vidistis et nos ab Carthagine fremitum castrorum Romanorum exaudimus.

(hoc) Quod igitur nos maxime abominaremur, vos ante omnia optaretis: in meliore vestra fortuna de pace agitur.

Agimus ii quorum et maxime interest pacem esse, **et** qui (hoc) quodcumque egerimus ratum civitates nostrae habiturae sunt:

animo tantum nobis opus est non abhorrente a quietis consiliis.

'Quod ad me attinet, **iam** aetas senem in patriam revertentem unde puer profectus sum, **iam** secundae, **iam** adversae res ita erudierunt ut rationem sequi quam fortunam malim: tuam et adolescentiam et perpetuam felicitatem, ferociora (più dure) **utraque** quam quietis opus est consiliis, metuo.

Non temere (facilmente) incerta casuum reputat (is) quem fortuna numquam decepit.

Quod ego fui ad Trasumenum, ad Cannas, id tu hodie es.

Vixdum militari aetate imperio accepto omnia audacissime incipientem (te) nusquam fefellit fortuna.

Patris et patrum persecutus mortem ex calamitate vestrae domus decus insigne virtutis pietatisque eximiae cepisti;

amissas Hispanias recuperasti quattuor inde Punicis exercitibus pulsus;

consul creatus, cum ceteris ad tutandam Italiam parum animi esset, transgressus in Africam duobus hic exercitibus caesis, binis eadem hora captis simul incensisque castris, Syphace potentissimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri imperii ereptis, **me sextum decimum iam annum haerentem in possessione Italiae detraxisti.**

Potest victoriam malle quam pacem animus (tuus).

Novi spiritus (ardori) magnos magis quam utiles; **et** mihi talis aliquando fortuna adfulsit.

Quod si in secundis rebus bonam quoque mentem darent di, non ea solum quae evenissent sed etiam ea quae evenire possent reputarem.

Ut omnium obliviscaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum quem modo (recentemente) castris inter Anienem atque urbem vestram positis signa inferentem ac iam prope scandentem moenia Romana **videris**, (quem) hic **cernas** duobus fratribus, fortissimis viris, clarissimis imperatoribus orbatum ante moenia prope obsessae patriae quibus terrui vestram urbem ea pro mea (urbe) deprecantem (cercare di allontanare con le preghiere).

Maximae cuique fortunae minime credendum est.

In bonis tuis rebus, nostris dubiis, tibi ampla ac speciosa danti est pax, nobis petentibus (est) magis necessaria quam honesta.

Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria; haec in tua, illa in deorum manu est.

Ne tot annorum felicitatem in unius horae dederis discrimen (decisione).

Cum tuas vires tum vim fortunae Martemque belli communem propone animo; utrimque ferrum, utrimque corpora humana erunt; nusquam minus quam in bello eventus respondent.

Non tantum ad id quod data pace iam habere potes, si proelio vinces, gloriae adieceris, quantum <dempseris>, si quid adversi eveniat.

Simul parta ac sperata decora unius horae fortuna evertere potest.

Omnia in pace iungenda tuae potestatis sunt, P. Corneli: tunc ea habenda fortuna erit quam di dederint.

Inter pauca felicitatis virtutisque exempla M. Atilius quondam in hac eadem terra fuisset, si victor pacem petentibus dedisset patribus nostris; sed non statuendo felicitati modum nec cohibendo efferentem se fortunam quanto altius elatus erat, eo foedius corruit.

Est quidem eius qui dat, non qui petit, condiciones dicere pacis; sed forsitan non indigni simus qui nobismet ipsi multam inrogemus.

Non recusamus quin omnia propter quae ad bellum itum est vestra sint, Sicilia Sardinia Hispania quidquid insularum toto inter Africam Italiamque continetur mari. Carthaginienses inclusi Africae litoribus vos, quando ita dis placuit, externa etiam terra marique videamus regentes imperio.

Haud negaverim propter non nimis sincere petitam aut expectatam nuper pacem suspectam esse vobis Punicam fidem.

Multum per quos (pax) petita sit ad fidem tuendae pacis pertinet, Scipio

–vestri quoque, ut audio, patres non nihil etiam ob hoc quia parum dignitatis in legatione erat negaverunt pacem–.

Hannibal peto pacem qui neque peterem, nisi utilem crederem, et propter eandem utilitatem tuebor eam propter (eam utilitatem) quam petii; et quemadmodum quia a me bellum coeptum est ne quem eius paeniteret quoad ipsi invidere di, praestiti, ita adnitar ne quem pacis per me partae paeniteat.'

Ab Urbe condita XXXI, 24, Tito Livio. Fallito assalto nocturno ad Atene

(Philippus) **cum** esset nuntiata clades sociae urbis, **quamquam** serum auxilium perditis (rebus) erat, **tamen**, quae proxima auxilio est, ultionem **petens**, cum expeditis quinque milibus peditum et trecentis equitibus extemplo profectus cursu prope Chalcidem contendit, **haudquaquam dubius opprimi Romanos posse.**

A qua (sed hac) destitutus spe, **nec quicquam aliud (spectaculum) quam ad deforme spectaculum semirutae ac fumantis sociae urbis cum venisset, paucis qui sepelirent bello absumptos relictis, aequae raptim ac venerat transgressus ponte Euripum, per Boeotiam Athenas suos ducit, pari incepto haud disparem eventum ratus responsurum (esse);**

Et respondisset, ni speculator-hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno cursu emetientes spatium-contemplatus regium agmen ex specula quadam, praegressus nocte media, Athenas pervenisset.

Idem ibi somnus eademque negligentia erat quae Chalcidem dies ante paucos prodiderat.

Excitati nuntio trepido, et praetor Atheniensium et Dioxippus, praefectus cohortis mercede militantium auxiliorum, convocatis in forum militibus, tuba signum ex arce dari iubent, ut hostes adesse omnes scirent.

Ita undique ad portas, ad muros discurrunt.

Paucas post horas Philippus, aliquanto tamen ante lucem, adpropinquans urbi, conspectis luminibus crebris et fremitu hominum trepidantium, ut (est) in tali tumultu, exaudito, sustinuit signa et considerare ac conquiescere agmen iussit.

Ab Urbe condita, XLIV, 27, Livio. Un'eclissi di luna prima della battaglia di Pidna

Castris permunitis C. Sulpicius Gallus, tribunus militum secundae legionis, qui praetor superiore anno fuerat, consulis permisso ad contionem militibus vocatis pronuntiavit, nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda ad quartam horam noctis lunam defecturam esse.

(dixit) Id quia naturali ordine statis temporibus fiat, et sciri ante et praedici posse.

(dixit) Itaque quem ad modum, quia certi solis lunaeque ortus et occasus sint, nunc pleno orbe, nunc senescentem exiguo cornu fulgère lunam non mirarentur, ita ne (lunam) obscurari quidem cum condatur umbra terrae, trahere in prodigium debere.

Nocte quam pridie nonas Septembres insecuta est dies, edita hora luna cum defecisset, Romanis militibus Galli sapientia prope divina videri (movit); Macedonas (videri) ut triste prodigium, occasum regni perniciemque gentis portendens, movit nec aliter (movit) vates.

Clamor ululatusque in castris Macedonum fuit, donec luna in suam lucem emersit.

Ab Urbe condita XLV, 41, Livio. Emilio Paolo racconta la sua spedizione in Macedonia

Profectus ex Italia classem a Brundisio sole orto solvi;

nona diei hora cum omnibus meis navibus Corcyram tenui.

Inde quinto die Delphis Apollini pro me et exercitibus et classibus vestris sacrificavi.

A Delphis quinto die in castra perveni:

ubi **exercitu accepto, mutatis quibusdam**, quae magna impedimenta victoriae erant, **progressus, quia inexpugnabilia castra hostium erant neque cogi pugnare poterat rex, inter praesidia eius saltum ad Petram evasi et ad Pydnam regem acie vici;**

Macedoniam in potestatem populi romani redegi et bellum, quod (bellum) per quadriennium quattuor ante me consules ita gesserunt, ut semper successoribus traderent gravius, id ergo quindecim diebus perfeci.

Aliarum deinde secundarum rerum velut proventus secutus sum:

civitates omnes Macedoniae se dediderunt, gaza regia in potestatem venit, rex ipse, **tradentibus prope ipsis dis**, in templo Samothracum cum liberis est captus.

Mihi quoque ipsi nimia iam fortuna videri eoque suspecta esse.

Maris pericula timere coepi **in tanta pecunia** regia in Italiam **traicienda** et **victore exercitu transportando.**

CORNELIO NEPOTE

Vitae excellentium imperatorum, IX, 1-3, C. Nepote. Imprese di Conone in Asia

Conon Atheniensis Peloponnesio bello accessit ad rem publicam, in eoque eius opera magni fuit.

Nam et praetor pedestribus exercitibus praefuit et praefectus classis magnas mari victorias gessit.

Quas ob causas praecipuus ei honos habitus est.

Namque omnibus unus insulis praefuit; in qua potestate Pheras cepit, coloniam Lacedaemoniorum.

Fuit etiam extremo Peloponnesio bello praetor, **cum apud Aegos flumen copiae Atheniensium a Lysandro sunt devictae.**

Sed tum a fuit, eoque peius res administrata est.

Nam et prudens rei militaris et diligens erat imperator.

Itaque nemini erat his temporibus dubium, **si adfuisset**, **illam Atheniensis calamitatem accepturos non fuisse.**

Rebus autem afflictis, **cum patriam obsideri audisset**, **non quaesivit**, **ubi ipse tuto viveret**, sed **unde praesidio posset esse civibus suis.**

Itaque contulit se ad Pharnabazum, satrapem Ioniae et Lydiae eundemque generum regis et propinquum, apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effecit periculis.

Nam cum Lacedaemonii, Atheniensibus devictis, in societate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant, Agesilaumque bellatum misissent in Asiam, maxime impulsus a Tissapherne, qui ex intimis regis ab amicitia eius defecerat et cum Lacedaemoniis coierat societatem, hunc adversus Pharnabazum habitus est imperator, re quidem (=ma) vera exercitui praefuit Conon, eiusque omnia arbitrio gesta sunt.

Hic multum ducem summum Agesilaum impedivit saepeque eius consiliis obstitit; neque vero non fuit apertum, si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus regi fuisse erepturum.

Qui posteaquam domum a suis civibus revocatus est, quod Boeotii et Athenienses Lacedaemoniis bellum indixerant, Conon nihilo setius apud praefectos regis versabatur hisque omnibus magno erat usui.

Vitae excellentium imperatorum, XVII, 4, C. Nepote. La piet  di Agesilao

Cum iam Agesilaus haud ita longe abesset a Peloponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses et Boeotii ceterique eorum socii apud Coroneam: quos omnes gravi proelio vicit.

Huius victoriae vel maxima fuit laus quod, cum plerique ex fuga se in templum Minervae coniecissent et quaereretur ab eo quid iis vellet fieri, etsi aliquot vulnera acceperat eo proelio et iratus videbatur omnibus (eis), qui adversus eum arma tulerant, tamen antetulit irae religionem et eos vetuit violari.

Neque vero hoc **solum** in Graecia fecit, **ut templa deorum sancta haberet, sed etiam** apud barbaros summa religione omnia simulacra arasque conservavit.

Itaque praedicabat **se mirari** non sacrilegorum numero **haberi (eos) qu** supplicibus deorum **nocuissent**, aut non gravioribus poenis **affici (eos) qu** religionem **minuerent, quam** (eos) **qui** fana **spoliarent**.

Post hoc proelium collatum omne bellum est circa Corinthum ideoque Corinthium est appellatum.

Hic cum una pugna decem milia hostium, Agesilao duce, **cecidissent** et eo facto opes adversariorum debilitatae **viderentur tantum a fuit ab insolentia gloriae ut commiseratus sit** fortunam Graeciae **quod** tam multi a se victi vitio adversariorum **concidissent**: (dicebat) namque illa multitudine **si (eis)** sana mens **esset** Graeciae supplicium Persas **dare potuisse**.

De excellentibus ducibus exterarum gentium, 10,1-5 Cornelio Nepote. Fine di Temistocle

Huius rex animi magnitudinem admirans cupiensque talem virum sibi conciliari veniam dedit.

Ille omne illud tempus litteris sermonique Persarum se dedit, quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisse, quam ii poterant **qui in Perside erant nati**.

Hic cum multa regi esset pollicitus gratissimumque illud, si suis uti consiliis vellet, illum Graeciam bello oppressurum (esse), magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit domiciliumque Magnesiae sibi constituit.

Namque hanc urbem ei rex donarat, his quidem verbis: quae ei panem praeberet - ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant -; Lampsacum autem, unde vinum sumeret; Myunta, ex qua opsonium haberet.

Huius ad nostram memoriam monumenta manserunt duo: sepulcrum prope oppidum, in quo est sepultus; statua in foro Magnesiae.

De cuius morte multimodis apud plerosque scriptum est; sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiae morbo mortuum (esse) neque negat fuisse famam venenum sua sponte sumpsisse, cum se (ea), quae regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare (=garantire) posse desperaret.

Idem ossa eius clam in Attica ab amicis sepulta (esse), quoniam legibus non concederetur, quod proditionis esset damnatus, memoriae prodidit.

DE EXCELLENTIBUS DUCIBUS EXTERARUM NATIONUM XIII, 9, CORNELIO NEPOTE. COME DATAME SVENTO' LE INSIDIE DEL RE DI PERSIA

Artaxerxes, quod implacabile odium in Datamen susceperat, cum animadvertisset se eum bello non oppressurum esse, insidiis interficere voluit, sed eas Datames plerumque vitavit.

Olim cum ei nuntiatum esset nonnullos, qui in amicorum erant numero, insidias instructuros esse, eorum fidem temptare statuit.

Itaque eo contendit ubi futuras esse insidias dixerant, sed hominem elegit, corpore ac statura sui similem, ei vestitum suum dedit eumque in itinere pro se collocavit.

Datames autem ornatu vestituque militari inter corporis custodes iter fecit.

At insidiatores ex pacto et convento, decepti ordine atque vestitu, impetum in eum fecerunt, qui suppositus erat.

Datames milites iusserat facere (hoc) quod ipsum facere vidissent.

Itaque cum Datames insidiatores concurrentes conspexisset, tela in eos coniecit.

Cuncti celeriter imperata fecerunt et insidiatores confixi conciderunt.

De Excellentibus ducibus, XV 2, Cornelio Nepote. Adolescenza di Epaminonda

Natus est igitur patre genere honesto, pauper iam a maioribus relictus, eruditus autem sic ut nemo Thebanus magis (fuerit).

Nam et citharizare et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio qui non minore fuit in musicis gloria quam Damon aut Lamprus quorum pervulgata sunt nomina; (doctus est) cantare tibiis ab Olympiodoro saltare a Calliphrone.

At philosophiae praeceptorem habuit Lysim Tarentinum Pythagoreum, cui quidem sic fuit deditus ut adulescens tristem ac severum senem omnibus aequalibus suis in familiaritate anteposuerit neque prius eum a se dimisit quam in doctrinis tanto antecessit condiscipulos ut facile intellegi posset pari modo superaturum (esse) omnes in ceteris artibus.

Atque haec ad nostram consuetudinem sunt levia et potius contemnenda (sunt); at in Graecia utique olim magnae laudi erant (ei).

Postquam ephebus est factus et palaestrae dare operam coepit non tam magnitudini virium servivit quam velocitati.

Illam enim ad athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere.

Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem quoad stans complecti posset atque contendere.

In armis vero plurimum studii consumebat.

Liber de Excellentibus Ducibus exterarum gentium: Hannibal XXIII, 2, Cornelio Nepote. Annibale narra al re Antioco un giuramento reso al padre

Nam, ut omittam Philippum, quem absens hostem reddidit Romanis, omnium iis temporibus potentissimus rex Antiochus fuit.

Hunc tanta cupiditate incendit bellandi, ut usque a Rubro mari arma conatus sit inferre Italiae.

Ad quem cum legati venissent Romani, qui de eius voluntate explorarent darentque operam consiliis clandestinis, ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent, tamquam ab ipsis corruptum alia atque antea sentiret, neque id frustra fecissent idque Hannibal comperisset seque ab interioribus consiliis segregari vidisset tempore dato adiit ad regem, eique cum multa de fide sua et odio in Romanos commemorasset, hoc adiunxit:

'Pater meus' inquit 'Hamilcar, puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens Karthagine Iovi optimo maximo hostias immolavit.

Quae divina res dum conficiebatur, quaesivit a me vellemne secum in castra proficisci.

Id cum libenter accepissem atque ab eo petere coepissem, ne dubitaret ducere, tum ille inquit:

"Faciam, inquit, si mihi fidem, quam postulo, dederis".

Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat, eamque ceteris remotis tenentem iurare iussit numquam me in amicitia cum Romanis fore.

Id ego iusiurandum patri datum usque ad hanc aetatem ita conservavi, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus.

Quare, si quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris, si me celaris;

cum quidem bellum parabis, te ipsum frustraberis, si non me in eo principem posueris"

Liber de Excellentibus Ducibus exterarum gentium: Miltiades 1-2, Cornelio Nepote. Milziade occupa il Chersoneso e vi stabilisce un buon governo

Hoc oraculi responso Miltiades cum delecta manu classe Chersonesum **profectus cum accessisset** Lemnum et incolas eius insulae sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque Lemnii sua sponte facerent, **postulasset**, illi irridentes responderunt tum id se facturos (esse), cum ille domo navibus proficiscens vento aquilone venisset Lemnum.

Hic enim ventus ab septentrionibus oriens adversum **tenet** Athenis proficiscentibus.

Miltiades morandi tempus non habens cursum direxit, e quo tendebat, pervenitque Chersonesum.

Ibi brevi tempore barbarum copiis disiectis tota regione, quam petierat, **potitus, loca castellis idonea communiit, multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocavit crebrisque excursionibus locupletavit.**

Neque minus in ea re prudentia quam felicitate **adiutus est.**

Nam cum virtute militum devicisset hostium exercitus, summa aequitate res constituit atque ipse ibidem manere decrevit.

Erat enim inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine, neque id magis imperio quam iustitia consecutus (est).

Liber de Excellentibus Ducibus exterarum gentium: Aristide III Cornelio Nepote. Aristide ostracizzato

Aristides, Lysimachi filius, Atheniensis, aequalis fere **fuit** Themistocli itaque cum eo de principatu **contendit**: namque **obtrectarunt** inter se.

In his autem **cognitum est**, quanto antestaret eloquentia innocentiae.

Quamquam enim adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus post hominum memoriam, quem quidem nos audierimus, cognomine Iustus sit appellatus, tamen a Themistocle collabefactus testula illa exilio decem annorum multatus est.

Qui quidem cum intellegeret reprimi concitatam multitudinem non posse, cedensque animadvertisset quendam scribentem, ut patria pelleretur, quaesisse ab eo dicitur, quare id faceret aut quid Aristides commisisset, cur tanta poena dignus duceretur.

Cui ille respondit se ignorare Aristiden, sed sibi non placere, quod tam cupide elaborasset, ut praeter ceteros Iustus appellaretur.

Hic decem annorum legitimam poenam **non pertulit**.

Nam postquam Xerxes in Graeciam descendit, sexto fere anno quam erat expulsus, populi scito in patriam restitutus est.

Liber de Excellentibus Ducibus exterarum gentium: Hannibal XXIII, 1, Cornelio Nepote: Inestinguibile odio di Annibale per i Romani

Hannibal , Hamilcaris filius, Carthaginiensis (fuit).

Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit, non est infitiandum Hannibalem tanto praestitisse ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedit fortitudine cunctas nationes.

Nam quotienscumque cum eo congressus est in Italia, semper discessit superior.

Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset, Romanos videtur superare potuisse.

Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem.

Hic autem velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos **sic** conservavit, **ut prius animam quam id deposuerit, qui quidem, cum patria pulsus esset et alienarum opum indigeret, numquam destiterit animo bellare cum Romanis.**

Liber de Excellentibus Ducibus exterarum gentium, XXIII, 4, C. Nepote. Splendide vittorie di Annibale

Confixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipione consule eumque **pepulerat**. Cum hoc eodem Clastidi apud Padum **decernit** sauciumque inde ac fugatum **dimittit**.

Tertio idem Scipio cum collega Tiberio Longo apud Trebiam adversus eum **venit**.

Cum his manum **conseruit**, utrosque **profligavit**.

Inde per Ligures Appenninum **transiit, petens** Etruriam.

Hoc itinere **adeo** gravi morbo **afficitur** oculorum, **ut postea numquam dextro aeque bene usus sit.**

Qua valetudine cum etiam tum premeretur lecticaque ferretur C. Flaminium consulem apud Trasumenum cum exercitu insidiis circumventum occidit neque multo post C. Centenium praetorem cum delecta manu saltus occupantem.

Hinc in Apuliam **pervenit**.

Ibi obviam ei **venerunt** duo consules, C. Terentius et L. Aemilius.

Utriusque exercitus uno proelio **fugavit**, Paulum consulem **occidit** et aliquot praeterea consulares, in his Cn. Servilium Geminum, **qui superiore anno fuerat consul.** Traduzione Italiana

Liber de Excellentibus Ducibus exterarum gentium, XXIII, 12, C. Nepote. Morte di Annibale in Bitinia

Quae dum in Asia geruntur, **accidit casu**, ut legati Prusiae Romae apud T. Quintium Flaminium consularem cenarent **atque** ibi de Hannibale **mentione facta ex his unus diceret** eum in Prusiae regno esse.

Id postero die Flaminium senatui **detulit**.

Patres conscripti, qui Hannibale vivo numquam se sine insidiis futuros existimarent, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flaminium, qui ab rege peterent, **ne inimicissimum suum secum haberet sibi que dederet**.

His Prusia negare ausus non est:

illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus ius hospitii esset:

ipsi, si possent, comprehenderent; (dixit) locum ubi esset, facile inventuros (esse).

Hannibal enim uno loco se tenebat, in castello, quod ei a rege datum erat muneri, idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii exitus haberet, scilicet verens, ne usu veniret, (hoc) **quod accidit**.

Huc cum legati Romanorum venissent ac multitudine domum eius circumdedissent, puer ab ianua prospiciens Hannibali dixit plures praeter consuetudinem armatos apparere.

Qui imperavit ei, ut omnes fores aedificii circumiret ac propere sibi nuntiaret, num eodem modo undique obsideretur.

Puer cum celeriter, quid esset, renuntiasset omnisque exitus occupatos (esse) ostendisset, sensit id non fortuito factum (esse), sed se peti neque sibi diutius vitam esse retinendam.

Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum venenum, quod semper secum habere consuevit, sumpsit.

Liber de Excellentibus Ducibus exterarum gentium, X, 1, 1-3, C. Nepote. Doti di Dione

Dion, Hipparini filius, Syracusanus, nobili genere natus, utraque **implicatus (est)** tyrannide Dionysiorum.

Namque ille superior Aristomachen sororem Dionis habuit in matrimonio; ex qua duos filios Hipparinum et Nisaeum procreavit totidemque filias nomine Sophrosynen et Areten; quarum priorem Dionysio filio eidem cui regnum reliquit nuptum dedit, alteram Areten Dioni.

Dion autem praeter nobilem propinquitatem generosamque maiorum famam multa alia ab natura **habuit** bona in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas, magnam corporis dignitatem, **quae non minimum commendat**, magnas praeterea divitias a patre relictas, **quas ipse tyranni muneribus auxerat**.

Erat intimus Dionysio priori neque minus propter mores quam affinitatem.

Namque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat tamen (eum) salvum (esse) propter necessitudinem magis etiam suorum causa **studebat**.

Aderat in magnis rebus eiusque consilio multum movebatur tyrannus nisi (movebatur in re in) **qua in re maior ipsius cupiditas intercesserat**.

Legationes vero omnes **quae essent illustriores, per Dionem administrabantur**; **quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando crudelissimum nomen tyranni sua humanitate leniebat**.

Hunc a Dionysio missum Carthaginienses suspexerunt (ita) ut neminem umquam Graeca lingua loquentem magis sint admirati.

De excellentibus ducibus exterarum nationum, XX, 4, Cornelio Nepote. Timoleonte

Hic cum aetate iam provectus esset sine ullo modo morbo lumina oculorum amisit.

Quam calamitatem ita moderate tulit ut neque eum querentem quisquam audierit neque eo minus privatis publicisque rebus interfuerit.

Veniebat autem in theatrum cum ibi concilium populi haberetur propter valetudinem vectus iumentis iunctis atque ita de vehiculo quae videbantur dicebat.

Neque hoc illi quisquam tribuebat superbiae.

Nihil enim umquam neque insolens neque gloriosum ex ore eius exiit.

Qui quidem cum suas laudes audiret praedicari numquam aliud dixit quam se in ea re maxime diis agere gratias atque habere **quod cum Siciliam recreare constituissent tum se potissimum duces esse voluissent.**

Nihil enim rerum humanarum sine deorum numine geri putabat.

Itaque suae domi sacellum Automatias constituerat idque sanctissime colebat.

Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserant casus.

Nam proelia maxima natali suo die fecit omnia: quo factum est ut eius diem natalem festum haberet universa Sicilia.

Liber de Excellentibus Ducibus exterarum gentium XXIII, 3, 2-4, C.Nepote. Annibale valica i Pirenei e le Alpi

Sic Hannibal minor quinque et viginti annis natus imperator factus proximo triennio omnes gentes Hispaniae bello **subegit**, Saguntum, foederatam civitatem, vi **expugnavit**, tres exercitus maximos **comparavit**.

Ex his unum in Africam **misit**, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania **reliquit**, tertium in Italiam secum **duxit**.

Saltum Pyrenaicum **transiit**. **Quaecumque iter fecit**, cum omnibus incolis **conflixit**: neminem nisi victum **dimisit**.

Ad Alpes posteaquam venit, quae Italiam ab Gallia seiungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum praeter Herculem Gaium transierat - quo facto is hodie saltus Graius appellatur -, Alpibus conantes prohibere transitu **concidit**, loca **patefecit**, itinera **muniit**, **effecit ut ea elephantibus ornatus ire posset**, qua antea unus homo inermis vix poterat reperire. Hac copias **traduxit** in Italiamque **pervenit**.

Vitae excellentium imperatorum, III, 12, 3, C. Nepote. CABRIA ERA SPESSO ASSENTE DA ATENE

Tum praefecti regis Persae legatos miserunt Athenas questum quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Aegyptiis.

Athenienses diem certam Chabriae praestituerunt quam ante domum nisi redisset capitis se illum damnaturos (esse) denuntiarunt.

Hoc ille nuntio Athenas **rediit neque** ibi diutius **est moratus** quam fuit necesse.

Non enim libenter erat ante oculos suorum civium quod et vivebat laute **et indulgebat** sibi liberalius quam ut invidiam vulgi posset effugere.

Est enim hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus ut invidia gloriae comes sit et libenter de his detrahant quos eminere videant altius; neque animo aequo pauperes alienam opulentium intuentur fortunam. Itaque Chabrias cum ei licebat plurimum aberat.

Neque vero solus ille aberat Athenis libenter sed omnes fere principes fecerunt idem quod tantum se ab invidia putabant afuturos (esse) quantum a conspectu suorum recessissent

Itaque Conon plurimum Cypri **vixit**, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigeo; dissimilis quidem Chares horum et factis et moribus sed tamen Athenis et honoratus et potens (**fuit**).

DE VIRIS ILLUSTRIBUS URBIS ROMAE XXIII, C. NEPOTE. CURIO DENTATO

Marcus Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum perpacavit.

Regressus in contione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem; tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuerint, nisi tantum agri cepissem.

Iterum de Sabinis triumphavit.

Tertio (triumphavit) de Lucanis, ovans urbem introiit.

Pyrrhum Epirotam Italia expulit.

Quaterna dena agri iugera viritim populo divisit.

Sibi deinde totidem constituit dicens *neminem esse debere, cui non tantum sufficeret.*

*Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipse in foco rapas torreret, (inquit): **Malo, inquit, haec in fictilibus meis esse et aurum habentibus imperare.***

*Cum intersvae pecuniae argueretur, **gutum ligneum, quo uti ad sacrificia consueverat, in medium protulit iuravitque se nihil amplius de praeda hostili domum suam convertisse.***

Aquam Anienem de manibus hostium in urbem induxit.

Tribunus plebis patres ante auctores fieri coegit comitiis, *quibus plebei magistratus creabantur.*

Ob haec merita domus ei apud Tiphatham et agri iugera quingenta publice data (sunt).

XXI De regibus, 2, Cornelio Nepote. Alcuni insigni sovrani greci.

Ex Macedonum gente duo reges multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria: Philippus, Amyntae filius, e Alexander Magnus.

Horum alter Babylone morbo consumptus est, Philippus Aegeis a Pausania *cum spectaturus esset ludos, iuxta theatrum occisus est.*

Ex barbarorum regibus illustribus unus fuit Epirotes, Pyrrhus, *qui cum populo Romano bellavit.*

Is cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus, interiit.

Unus (fuit) item Siculus, Dionysius prior.

Nam et manu fortis et belli peritus fuit et, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius denique rei cupidus nisi perpetui imperii, ob eamque rem crudelis:

nam nulli perpercit quem eius insidiatorem putaret.

Hic tyrannidem quam virtute sibi pepererat, magna felicitate retinuit: admodum senex decessit, florente regno.

Neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex tribus uxoribus liberos procreavisset multique ei essent nepotes.

SENECA

De otio, 8,2-3: Le scelte dell'uomo sapiente quando il governo di uno stato è corrotto

Interrogo ad **quam** rem publicam sapiens **sit accessurus**. Ad Atheniensium, in **qua** Socrates damnatur, Aristoteles **ne damnetur** fugit?

in qua opprimit invidia virtutes?

Negabis mihi accessurum (esse) ad hanc rem publicam sapientem.

Ad Carthaginiensium ergo **rem publicam** sapiens accedet, in **qua** adsidua (est) seditio et (in qua) optimo cuique infesta libertas est, (in qua) summa aequi ac boni (est) vilitas, adversus hostes (est) inhumana crudelitas, etiam adversus suos (est crudelitas) hostilis? Et hanc fugiet.

Si percensere singulas **voluero**, **nullam inveniam quae** sapientem (pati possit) aut **quam** sapiens **pati possit**. Quodsi non invenitur illa res publica quam nobis fingimus, incipit omnibus esse otium necessarium, quia quod unum praeferrere poterat otio nusquam est.

Quod **si** non invenitur illa res publica **quam** nobis fingimus, **incipit** omnibus esse otium necessarium, **quia** (hoc)**quod** unum praeferrī poterat otio **nusquam est**.

De brevitāte vitae, XXII, 3-4: Che cosa non si può ritenere "ozio"

Quid? **Illos otiosos vocas**

quibus apud tonsorem multae horae **transmittuntur**,

dum decerpitur

si (ali)quid proxima nocte succrevit,

dum de singulis capillis in consilium itur,

dum aut disiecta coma restituitur **aut**

dum deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur?

Quomodo excandescunt si (ali)quid ex iuba sua decisum est, si (ali)quid extra ordinem iacuit, nisi omnia in anulos suos reciderunt!

qui non sollicitior sit de capitis sui decore quam de salute?

qui non comptior esse malit quam honestior?

Hos tu otiosos vocas inter pectinem speculumque occupatos?

4 Quid (sunt) illi

qui in componendis, audiendis, discendis canticis **operati sunt**,

dum vocem, /**cuius** rectum cursum natura et optimum et simplicissimum **fecit**,/ in flexus

modulationis inertissimae **torquent**,

quorum **digiti** aliquod intra se carmen **metientes** semper **sonant**,

quorum, **cum** ad res serias, etiam saepe tristes **adhibiti sunt**, **exauditur** tacita modulatio?

Non habent isti otium, sed iners negotium.

Naturales Questiones VI, 32, Seneca. La nostra vita è nulla

Pusilla res est hominis anima, **sed** ingens (est) res contemptus animae:

hanc (is) **qui contempsit** securus **videbit** maria turbari, **etiamsi** illa omnes **excitaverunt** venti, **etiamsi** aestus aliqua perturbatione mundi totum in terras **vertet** oceanum; securus **aspiciet** fulminantis caeli trucem atque horridam faciem, **frangatur licet** caelum **et** ignes suos in exitium omnium, in primis (in exitium) suum, **misceat**; securus aspiciet, ruptis compagibus, dehiscens solum, illa **licet** inferorum regna retegantur. **Stabit** super illam voraginem intrepidus **et** fortasse **quo** debebit cadere, **desiliet**.

Quid ad me pertinet **quam** magna sint **quibus** pereo? Ipsum perire non magnum est.

Proinde **si volumus esse felices**, **si** nec hominum nec deorum nec rerum timore **versari**, si **despicere** fortunam supervacua promittentem, levia minitantem, **si volumus** tranquille **degere** et ipsis diis de felicitate controversiam **agere**, **anima in expedito est habenda**:

sive illam insidiae **sive** morbi **petent sive** hostium gladii **sive** insularum cadentium fragor **sive** ipsarum ruina terrarum **sive** vasta vis ignium urbes agrosque pari clade complexa.

De Prudentia, II, 9-11, Seneca. La figura di Catone nella idealizzazione di Seneca

Non video - inquam - quid habeat in terris Iuppiter pulchrius, **si** convertere animum velit, **quam ut** spectet Catonem, **iam partibus non semel fractis**, stantem nihilo minus inter ruinas publicas rectum.

Inquit: “**Licet** omnia in unius dicionem **concesserint**, **custodiantur** legionibus terrae, classibus maria, Caesarianus portas miles **obsideat**, **Cato quae** **exeat habet**; una manu latam libertati viam faciet.

Ferrum istud, etiam civili bello purum et innoxium, bonas tandem ac nobiles **edet** operas: libertatem, quam patriae non (dare) potuit, Catoni dabit.

Aggredere, anime, diu meditatam opus, eripe te rebus humanis!

Iam Petreius et Iuba concurrerunt iacentque alter alterius manu caesi: fortis et egregia fati conventio (fuit), sed quae non deceat magnitudinem nostram.

Tam turpe est Catoni mortem ab ullo petere quam vitam”.

Liquet mihi cum magno **specta(vi)sse** gaudio **deos**, **dum** ille vir, acerrimus sui vindex, alienae salutis **consulit** et **instruit** discedentium fugam, dum studia etiam nocte ultima **tractat**, dum gladium sacro pectori **infigit**, dum viscera **spargit** et illam sanctissimam animam indignamque **quae ferro contaminaretur** manu **educit**.

De Constantia, 17, Seneca. I L'uomo spiritoso e le ingiurie

In senatu flentem vidimus Fidum Cornelium, Nasonis Ovidi generum, cum illum Corbulo struthocamelum depilatum dixisset; **adversus alia maledicta** mores et vitam **convulnerantia frontis** illi **firmitas** constitit, adversus hoc tam absurdum lacrimae prociderunt: tanta animorum inbecillitas est, ubi ratio discessit.

Quid quod offendimur, si quis sermonem nostrum imitatur, si quis incessum, si quis vitium aliquod corporis aut linguae exprimit? quasi notiora illa fiant **alio imitante** quam **nobis facientibus!**

Senectutem quidam inviti audiunt et canos et alia ad quae voto pervenitur; paupertatis maledictum quosdam percussit, quam sibi obiecit quisquis abscondit: itaque materia petulantibus et per contumeliam urbanis detrahitur, si ultro illam et prior occupes; nemo risum praebuit qui ex se cepit.

Vatinium, hominem natum et ad risum et ad odium, scurram fuisse et venustum ac dicacem **memoriae proditum est.**

In pedes suos ipse plurima dicebat et in fauces concisas: sic inimicorum, quos plures habebat quam morbos, et in primis Ciceronis urbanitatem effugerat.

Si hoc potuit ille duritia oris **qui** adsiduis conviciis pudere dedidicerat, **cur** is non possit **qui** studiis liberalibus et sapientiae cultu ad aliquem profectum pervenerit? Adice **quod** genus ultionis est eripere ei **qui fecit** factae contumeliae voluptatem; solent dicere 'o miserum me! puto, non intellexit': adeo fructus contumeliae in sensu et indignatione patientis est. Deinde non deerit illi aliquando par; invenietur qui te quoque vindicet.

De Beneficiis, II, 14, Seneca: Attenti a ciò che si dona

Sunt quaedam nocitura impetrantibus, quae non dare, sed negare, **beneficium est.**

Aestimabimus itaque utilitatem potius quam voluntatem petentium.

Saepe enim noxia concupiscimus, **nec** dispicere **quam** pernicioosa sint licet, quia iudicium interpellat affectus; sed quum subsedit cupiditas, quum impetus ille flagrantis animi, qui consilium fugat, cecidit, detestamur perniciosos malorum munerum auctores.

Ut frigidam aegris negamus, ut lugentibus ac sibi iratis ferrum, aut amentibus quidquid contra se usurus ardor petit, sic ea, quae nocitura sunt, impense ac submisse, nonnunquam etiam miserabiliter rogantibus, perseverabimus non dare.

Tum initia beneficiorum suorum spectare, tum etiam exitus decet; et ea (deceat) dare (ea) quae non tantum accipere, sed etiam accepisse delectet.

Multi sunt (ei) qui dicant : "Scio hoc illi non profuturum (esse); sed quid faciam? rogat, resistere precibus eius non possum. Viderit; de se, non de me, queretur". Falsum est: immo (queretur) de te, et (queretur) merito quidem, quum ad mentem bonam redi(v)erit, quum accessio illa, quae animum inflammabat, remisit. Quidni eum oderit, a quo in damnum ac periculum suum adiutus est?

De Beneficiis, III, 23-24. Amore di schiavi per i padroni

Quis autem tantus est, quem non fortuna indigere etiam infimis cogat?

Multa iam beneficiorum exempla referam et dissimilia et quaedam inter se contraria.

Dedit aliquis domino suo vitam, dedit mortem, servavit (eum) perituro et, hoc si parum est, pereundo servavit; alius mortem domini adiuvit; alius decepit.

Claudius Quadrigarius in duodevicensimo annalium tradit, cum obsideretur Grumentum et iam ad summam desperationem ventum esset, duos servos ad hostem transfugisse et operae pretium fecisse.

(tradit) Deinde urbe capta passim discurrente victore illos per nota itinera ad domum, in qua servierant, praecurrisse et dominam suam ante egisse; quaerentibus, quaenam esset, dominam (esse) et quidem crudelissimam ad supplicium ab ipsis duci professos esse.

(dicit) Eductam deinde extra muros summa cura cela(vi)sse, donec hostilis ira consideret; deinde, ut satiatus miles cito ad Romanos mores rediit, illos quoque ad suos (mores) redisse et dominam sibi ipsos dedisse.

Manumisit utrumque e vestigio illa nec indignata est ab his se vitam accepisse, in quos vitae necisque potestatem habuisset.

Vettius, praetor Marsorum, ducebatur ad Romanum imperatorem;

servus eius gladium militi illi ipsi, a quo trahebatur, **eduxit et primum dominum occidit, deinde inquit:**

"Tempus est me et mihi consulere! Iam dominum manu misi", atque ita traiecit se uno ictu. Da mihi quemquam, qui magnificentius dominum servaverit.

Corfinium Caesar obsidebat, tenebatur inclusus Domitius; inperavit medico eidemque servo suo, **ut** sibi venenum daret. Cum tergiversantem videret: "Quid cunctaris" inquit "Tamquam in tua potestate totum istud sit? Mortem rogo armatus".

Tum ille promisit et medicamentum innoxium bibendum illi dedit; quo cum sopitus esset, accessit ad filium eius et: "Iube" inquit "me adservari, dum ex eventu intellegis, an venenum patri tuo dederim". Vixit Domitius et servatus a Caesare est; prior tamen illum servus servaverat.

De ira, I, 1, 1-4, Seneca. Sintomi dell'ira

Quidam e sapientibus viris iram dixerunt brevem insaniam;

aeque enim impotens sui est, decoris oblita, necessitudinum immemor, in (eo) **quod coepit**, pertinax et intenta, rationi consiliisque praeclosa, vanis agitata causis, ad dispectum aequi verique inhabilis, ruinis simillima, **quae super id quod oppressere, franguntur.**

Ut scias autem non esse sanos quos ira possedit, ipsum illorum habitum intueri;

nam ut furentium certa iudicia sunt, audax (sfrontato) et minax vultus (sguardo) (est), tristis frons (volto), torva facies, citatus gradus, inquietae manus, color versus =stravolto. da verto), crebra et vehementius acta suspiria, **ita irascentium eadem signa sunt**: flagrant ac micant oculi, multus ore toto rubor, exaestuante ab imis praecordiis sanguine, labra quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac surriguntur capilli, spiritus (=respiro;fit) coactus ac stridens, articulorum se ipsos torquentium (auditur) sonus, gemitus (audiuntur) mugitusque et parum explanatis vocibus

sermo praeruptus et complosae saepius manus et epulsata humus pedibus et totum concitum corpus magnasque irae minas agens, foeda visu et horrenda (est) facies depravantium se atque intumescantium.

Nescias utrum magis detestabile vitium sit an deforme.

Consolatio ad Helviam matrem VI, 1-3, Seneca. L'esilio non è altro che un mutamento di luogo

Remoto ergo iudicio plurium, quos prima rerum species, utcumque credita est, aufert, videamus quid sit exilium.

Nempe loci commutatio.

Ne angustare videar vim eius et quidquid pessimum in se habet subtrahere, hanc commutationem loci sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus.

Adversus ista postea configam:



Ex municipiis et coloniis suis, ex toto denique orbe terrarum confluxerunt:

alios adduxit ambitio, alios necessitas officii publici, alios inposita legatio, alios luxuria opportunum et opulentum vitiis locum quaerens, alios liberalium studiorum cupiditas, alios spectacula;

quosdam traxit amicitia, quosdam industria laxam ostendendae virtuti nanta materiam;

quidam venalem formam attulerunt, quidam venalem eloquentiam.



interim primum illud intueri volo, quid acerbi adferat ipsa loci commutatio.

'Carere patria intolerabile est.'

Aspice aegidum hanc frequentiam, cui vix urbis immensae tecta sufficiunt:

maxima pars istius turbae patria caret.



Nullum non hominum genus concucurrit in urbem et virtutibus et vitiis magna pretia ponentem.

Iube istos omnes ad nomen citari et 'unde domo' quisque sit quaere:

videbis maiorem partem esse (eam) quae relictis sedibus suis venerit in maximam quidem ac pulcherrimam urbem, non tamen suam.

De vita beata, XVII, 1-3. Non sono un saggio e non lo sarò mai

Si quis itaque ex istis qui philosophiam conlatrant quod solent dixerit:

"Quare ergo tu fortius **loqueris quam vivis?**

Quare et superiori verba **summittis** et pecuniam necessarium tibi instrumentum **existimas** et damno **moveris** et lacrimas **audita coniugis aut amici morte demittis** et **respicis** famam et malignis sermonibus **tangeris**? Quare cultius rus tibi **est quam naturalis usus desiderat**? Cur non ad praescriptum tuum **cenas**? Cur tibi nitidior supellex **est**? Cur apud te vinum aetate tua vetustius **bibitur**? Cur aurum **disponitur**? Cur arbores nihil praeter umbram daturae **conseruntur**? Quare uxor tua locupletis domus censum auribus **gerit**? Quare paedagogium pretiosa veste **succingitur**? Quare ars **est** apud te ministrare nec temere et **ut libet** conlocatur argentum sed perite **struitur et est** aliquis scindendi obsonii magister?". Adice **si vis**: "Cur trans mare **possides**? Cur (**sunt** tibi) plura **quam nosti**? <Cur> turpiter aut tam negligens es **ut non noveris pauculos servos** aut tam luxuriosus **ut plures habeas quam quorum notitiae memoria sufficiat**". **Adiuvabo** postmodo convicia et plura mihi **quam putas obiciam, nunc hoc respondeo tibi**: non **sum** sapiens et, **ut malivolentiam tuam pascam**, nec **ero**.

Exige itaque a me, non ut optimis par sim, sed ut malis melior: hoc mihi satis est, cotidie aliquid ex vitiis meis demere et errores meos obiurgare.

Consolatio ad Marciam XI, 14,17, Seneca: Può capitare a chiunque ciò che può capitare a qualcuno

Vis tu scire te ad omnis expositum ictus stare et illa quae alios tela fixerunt circa te vibrasse?

Velut murum aliquem **aut** obsessum multo hoste locum **et** arduum ascensu semermis adeas, **expecta vulnus et** illa superne volantia cum sagittis pilisque saxa in tuum puta librata (esse) corpus.

Quotiens aliquis ad latus aut pone tergum ceciderit, **exclama:**

'non **decipies** me, fortuna, nec securum aut negligentem **opprimes**.

Scio quid pares: alium quidem **percussisti**, sed me **petisti**.

Quis umquam res suas quasi periturus **aspexit**?

Quis umquam vestrum de exilio, de egestate, de luctu cogitare **ausus est**?

Quis non, si admoneatur ut cogitet, tamquam dirum omen respuat et in capita inimicorum aut ipsius intempestivi monitoris abire illa **iubeat**?

'**Non putavi futurum (esse).**'

Quicquam **tu putas non futurum (esse) quod [multis] scis posse fieri, quod multis vides evenisse?**

Egregium versum (fuit) et dignum qui non e pulpito exiret: cuivis potest accidere (hoc) quod cuiquam potest (accidere)!

Ille **amisit** liberos: et tu **amittere potes**; ille **damnatus est**: et tua innocentia sub ictu **est**. Error **decipit** hic, **effeminat, dum patimur quae numquam pati nos posse providimus. Aufert vim praesentibus malis qui futura (mala) prospexit.**

SVETONIO

De vita Caesarum, Divus Iulius, 56: Giudizio sui Commentari di Cesare

De Commentariis Caesaris Cicero in eodem Bruto sic refert:

'Commentarios scripsit valde quidem probandos:

nudi sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis tamquam **veste detracta**;

sed **dum** voluit alios habere parata, **unde sumerent** (ei) **qui vellent scribere historiam**, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa volent calamistris inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit.'

De iisdem Commentariis Hirtius ita praedicat:

'**Adeo** probantur omnium iudicio, **ut** praerepta(esse), non praebita (esse) facultas scriptoribus videatur.

Ουτως (εἰ μὴ) τῆς αἰσῆς τοῦ μᾶλλον τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐστὶν ἀδυναμία:

Pollio Asinius parum diligenter et parum integra veritate compositos (eos esse) **putat, cum** Caesar pleraque et (ea) **quae per alios erant gesta**, temere **crediderit, et** (ea) **quae (gesta erant) per se**, vel consulto vel etiam memoria lapsus perperam **ediderit**; existimatque rescriptorum et correcturum (eos) (eum) fuisse.

ceteri enim, quam bene atque emendate, (eos perscripserit, sciunt) nos etiam, quam facile atque celeriter eos perscripserit, scimus.'

Vita Caesarum, III, 53, Svetonio: Tiberio fa uccidere Agrippina

[53] **Nurum Agrippinam post mariti mortem liberius quiddam questam manu apprehendit Graecoque versu (inquit):**

"**Si non dominaris,**" **inquit,** "**filiola, iniuriam te accipere existimas?"**

Nec ullo mox sermone dignatus est.

Quae quamquam (essent) popularia in inritum cadebant, quia peruaserat rumor ipso tempore flagrantis urbis inisse (svolgere) eum domesticam scaenam et cecinis Troianum excidium, praesentia mala vetustis cladibus adsimulantem.

[40] Sexto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus (est), prorutis per immensum aedificiis, ut continuae violentiae campus et velut vacuum caelum occurreret.

Necdum positus (erat) metus aut redierat plebi spes: rursum grassatus (est) ignis, patulis magis urbis locis; eoque strages hominum minor (fuit): delubra deum et porticus amoenitati dicatae latius procidere.

Plusque infamiae id incendium habuit, quia praediis Tigellini Aemilianis proruperat videbaturque Nero condendae urbis novae et cognomento suo appellandae gloriam quaerere.

Quippe in regiones quattuordecim Roma dividitur, quarum quattuor integrae manebant, tres solo tenus deiectae (erant), septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera et semusta.

ANNALES XV, 41-42, Tacito. Il triste bilancio e la ricostruzione

(41) Domuum et insularum et templorum, quae amissa sunt, numerum inire haud promptum fuerit; sed (fuerunt) vetustissima religione, (fuit illud) quod Servius Tullius (sacaverat) Lunae, et magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraerat, aedesque Statoris Iovis vota Romulo Numaeque regia et delubrum Vestae cum penatibus populi Romani exusta (sunt); iam (fuerunt) opes tot victoriis quaesitae et Graecarum artium decora, exim monumenta ingeniorum antiqua et incorrupta (ita), ut quamvis (essent) in tanta resurgentis urbis pulchritudine multa seniores meminerint, quae reparari nequibant.

Fuere (ei) qui adnotarent XIII Kal. Sextiles (19 luglio) principium incendii huius ortum (esse), quo et Seneones captam urbem inflammaverint (?).

Alii eo usque cura progressi sunt, ut totidem annos, mensesque et dies inter utraque incendia numerarent.

(42) Ceterum Nero usus est patriae ruinis extruxitque domum, in qua haud proinde (=tam) gemmae et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva et stagna et in modum solitudinem hinc silvae, inde aperta spatia et prospetus, magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat etiam, quae natura denegavisset, per artem (ea) temptare et viribus principis inludere.

Namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tibernia depressuros (esse) promiserant, squalenti litore, aut per montes adversos.

Neque enim aliud umidum gignendis aquis occurrit quam Pomptinae paludes: cetera (sunt) abrupta aut arenaria, ac si perrumpi possent, intolerandus labor (esset) nec satis causae.

Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno iuga conisus est, manentque vestigia inritae spei.

ANNALES XV, 43, Tacito. La nuova Roma

(43) Ceterum (ea) urbis quae domui supererant non ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erecta (sunt), sed dimensis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis cohibitaque aedificiorum altitudine ac patefactis areis additisque porticibus, quae frontem insularum protegerent.

Eas porticus Nero sua pecunia exstructurum (esse) purgatasque areas dominis traditurum (esse) pollicitus est.

Addidit praemia pro cuiusque ordine et rei familiaris copiis, finivitque tempus, intra quod effectis domibus aut insulis apiscerentur.

Ruderi accipiendo Ostienses paludes destinabat, (imperavit) utique naves, quae frumentum Tiberi subvectavissent, onustae rudere decurrerent, aedificiaque ipsa certa sui parte sine trabibus saxo Gabino Albanove solidarentur, quod is lapis ignibus impervius est, iam aqua privatorum licentia intercepta quo largior et pluribus locis in publicum flueret, custodes (haberet), et subsidia reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet, nec communione parietum, sed propriis quaeque (aedificia) muris ambirentur.

Ea ex utilitate accepta decorem quoque novae urbi attulere.

Erant tamen (ei) qui crederent veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiae itinerum et altitudo tectorum non perinde solis vapore perrumperentur, at nunc patulam latitudinem et nulla umbra defensam graviore aestu ardescere.

ANNALES XV, 44, 45 Tacito. I primi martiri. Rapine di Nerone. Precauzioni di Seneca

Et haec quidem humanis consiliis providebantur.

Mox petita (sunt) dis piacula aditique (sunt) Sibyllae libri, ex quibus supplicatum (est) Volcano et Cereri Proserpinaeque, ac propitiata (est) Iuno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare, unde hausta aqua templum et simulacrum deae perspersum est; et sellisternia ac pervigilia celebravere feminae, quibus mariti erant.

Sed non ope humana, non largitionibus principis aut deum placamentis decedebat (veniva meno) infamia, quin iussum (esse) incendium crederetur.

Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos et quaesitissimis poenis adfecit (eos), quos per flagitia invisos vulgus Chrestianos appellabat.

Auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat; repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursus erumpebat, non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque.

Igitur primum correpti (sunt) (ei) qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens haud proinde in crimine incendii quam odio humani generis convicti sunt (dimostrare colpevole).

Et pereuntibus addita (sunt) ludibria (ita), ut ferarum tergis contacti laniatu canum interirent aut crucibus adfixi aut flamma usti, aliique ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.

Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, et circense ludicrum edebat, habitu aurigae permixtus plebi vel curriculo insistens.

Unde quamquam adversus sontes et novissima exempla meritos (meritare) miseratio oriebatur, tamquam (comparativa ipotetica) non utilitate publica, sed in saevitiam unius absumerentur.

45) Interea conferendis pecuniis pervastata (est) Italia, provinciae eversae (sunt) sociique populi et eae quae civitatum liberae vocantur.

Inque eam praedam etiam dii cessere, spoliatis in urbe templis egestoque auro, quod triumphis, quod votis omnis populi Romani aetas prospere aut in metu sacraverat.

Enimvero per Asiam atque Achaïam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiabantur, missis in eas provincias Acrato et Secundo Carrinate.

Ille libertus cuicumque flagitio promptus (erat), hic Graeca doctrina ore tenuis exercitus animum bonis artibus non induerat.

Ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret, longinqui ruris secessum oravisse, et postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi aeger nervis, cubiculum non egressus (esse).

Tradidere quidam venenum ei per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum (esse) iussu Neronis (esse) vitatumque a Seneca prodicione liberti seu propria formidine, dum per simplicem victum et agrestibus pomis, ac si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat.

ANNALES XV, 57, 58 Tacito. Epicari si strangola per non parlare; arresti e processi.

[57] **Atque interim Nero recordatus Volusii Proculi indicio Epicharin attineri ratusque muliebri corpus impar (esse) dolori, tormentis (eam) dilacerari iubet.**

At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a femina spernerentur, pervicere, quin obiecta denegaret (confermare).

Sic primus quaestionis dies contemptus (est) (fu perduto).

Postero (die) cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellae (nam dissolutis membris insistere nequibat), vinclo fasciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellae restricto indidit cervicem et corporis pondere conisa tenuem iam spiritum expressit, clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo, cum ingenui et viri et equites Romani senatoresque intacti tormentis carissima suorum quisque pignorum proderent.

Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quintianus passim conscios edere, magis magisque pavido Nerone, quamquam multiplicatis excubiis semet saepsisset.

[58] **Quin et urbem per manipulos occupatis moenibus, insesso etiam mari et amne, velut in custodiam dedit.**

Volitabantque per fora, per domos, rura quoque et proxima municipiorum pedites equitesque, permixti Germanis, quibus fidebat princeps quasi externis.

Continua hinc et vincta agmina trahi ac foribus hortorum adiacere.

Atque ubi dicendam ad causam introissent, clam actum(esse) erga coniuratos, sed fortuitus sermo et subiti occursus, si convivium, si spectaculum simul inissent, pro crimine accipi, cum super Neronis ac Tigellini saevas percunctationes Faenius quoque Rufus violenter urgueret, nondum ab indicibus nominatus et quo fidem inscitiae pararet, atrox adversus socios.

Idem Subrio Flavo adsistenti aduentique, an inter ipsam cognitionem destringeret gladium caedemque patraret, renuit infregitque impetum iam manum ad capulum referentis.

ANNALES XV, 59, Tacito. Pisone muore senza nulla tentare

59] **Fuere (ei) qui, prodita coniuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Scaevinus, hortarentur Pisonem pergere in castra aut rostra escendere studiaque militum et populi temptare.**

(Dicebant) Si conatibus eius conscii adgregarentur, secuturos (esse) etiam integros; magnamque (fore) motae rei famam (=eco), quae plurimum in novis consiliis valeret; nihil adversum haec Neroni provisum (esse); etiam fortes viros subitis terreri, nedum ille scaenicus, Tigellino scilicet cum paelicibus suis comitante, arma contra cieret; multa experiendo confieri, quae segnibus ardua videantur; frustra silentium et fidem in tot consciorum animis et corporibus sperare: cruciatui aut praemio cuncta pervia esse; venturos (esse eos) qui ipsum quoque vincirent, postremo

indigna nece adficerent; quanto laudabilius periturum (esse), dum amplectitur rem publicam, dum auxilia libertati invocat! miles potius (esse) deesset et plebes desereret, dum ipse maioribus, dum posteris, si vita praeriperetur, mortem adprobaret.

Immotus (fuit) his et paululum in publico versatus (est).

Post domi secretus animum adversum suprema firmabat, donec manus militum adveniret, quos Nero tirones aut stipendiis recentes delegerat: nam vetus miles timebatur tamquam favore imbutus.

Obiit abruptis brachiorum venis.

Testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amoris uxoris dedit, quam degenerem et sola corporis forma commendatam amici matrimonio abstulerat.

Nomen mulieri est Satria Galla, (nomen est) priori marito Domitius Silus:

hic patientia, illa impudica Pisonis infamiam propagavere.

ANNALES XV, 60, Tacito. Seneca implicato nella congiura

[60] Proximam necem Plautii Laterani consulis designati Nero adiungit, adeo propere, ut non (permitteret) complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret.

Raptus in locum servilibus poenis sepositum manu Statii tribuni trucidatur, plenus constantis silentii nec tribuno obiciens eandem conscientiam.

Sequitur caedes Annaei Senecae, laetissima principi, non quia coniurationis manifestum compererat, sed ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat.

Solus quippe (infatti-poiché) **Natalis et hactenus prompsit, missum (esse) se ad aegrotum Senecam, uti viseret conquerereturque, cur Pisonem aditu arceret: melius fore, si amicitiam familiari congressu exercuissent; et respondisse Senecam** sermones mutuos et crebra colloquia neutri conducere; ceterum salutem suam incolumitate Pisonis inniti.

Haec ferre Gavius Silvanus tribunus praetoriae cohortis, et an dicta Natalis suaque responsa nosceret percunctari Senecam iubetur.

Is forte an prudens ad eum diem ex Campania remeaverat quartumque apud lapidem suburbano rure substiterat.

Illo propinqua vespera tribunus venit et villam globis militum saepsit; tum ipsi cum Pompeia Paulina uxore et amicis duobus epulanti mandata imperatoris edidit.

ANNALES XV, 61-62, Tacito. L'ordine di morire; Seneca conforta gli amici

[61] **Seneca** missum (esse) ad se Natalem conquestumque nomine Pisonis, quod a visendo eo prohiberetur, seque rationem valetudinis et amorem quietis excusavisse respondit; cur salutem privati hominis incolumitati suae anteferebat, causam non habuisse; nec sibi promptum in adulationes ingenium (esse); idque nulli magis gnarum (esse) quam Neroni, qui saepius libertatem Senecae quam servitium expertus esset.

Ubi haec a tribuno relata sunt, Poppaea et Tigellino coram, quod erat saevienti principi intimum consiliorum, (Nero) interrogat an Seneca voluntariam mortem pararet.

Tum tribunus nulla pavoris signa, nihil triste in verbis eius aut vultu deprensam (esse) confirmavit.

Ergo regredi et indicere mortem iubetur.

Tradit Fabius Rusticus non eo quo venerat itinere redisse tribunum, sed flexisse ad Faenium praefectum et expositis Caesaris iussis an obtemperaret interrogavisse, monitumque ab eo ut exsequeretur, fatali omnium ignavia.

Nam et Silvanus inter coniuratos erat augebatque scelera, in quorum ultionem consenserat.

Voci tamen et adspectui pepercit intromisitque ad Senecam unum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denuntiaret.

[62] Ille interritus poscit testamenti tabulas; ac denegante centurione conversus ad amicos, quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, (hoc) quod unum iam et tamen pulcherrimum habeat, imaginem vitae suae relinquere testatur, cuius si memores essent, bonarum artium famam tam constantis amicitiae pretium laturos (esse).

Simul lacrimas eorum modo sermone, modo intentior in modum coercentis ad firmitudinem revocat, rogans ubi (essent) praecepta sapientiae, ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia? cui (ignotum erat) enim ignaram fuisse saevitiam Neronis? (Dicebat) neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris praeceptorisque necem adiceret.

ANNALES XV, 63, Tacito. Il sacrificio di Paolina

[63] Ubi haec atque talia velut in commune disseruit, complectitur uxorem, et paululum adversus praesentem fortitudinem mollitus rogat oratque temperaret dolori neu aeternum susciperet, sed in contemplatione vitae per virtutem actae desiderium mariti solaciis honestis toleraret.

Illa contra sibi quoque destinata (esse) mortem adseverat manumque percussoris exposcit.

Tum Seneca gloriae eius non adversus, simul amore, ne sibi unice dilectam ad iniurias relinqueret, inquit:

"vitae" inquit "delenimenta monstraveram tibi, tu mortis decus mavis: non invidebo exemplo. Sit huius tam fortis exitus constantia penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine (sit)."

Post quae eodem ictu brachia ferro exsolvunt.

Seneca, quoniam senile corpus et parco victu tenuatum lenta effugia sanguini praebebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit; saevisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret atque ipse visendo eius tormenta ad impatientiam delaberetur, suadet in aliud cubiculum abscedere.

Et novissimo quoque momento suppeditante eloquentia, advocatis scriptoribus, pleraque tradidit, quae in vulgus edita eius verbis invertere supersedeo.

ANNALES XV, 64, 65 Tacito. Paolina sopravvive al marito; voci su Seneca.

[64] At Nero, nullo in Paulinam proprio odio, ac ne glisceret invidia (impopolarità) crudelitas, iubet inhiberi mortem.

Hortantibus militibus, servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem; incertum (est) an (hoc agant) ignarae.

Nam, ut est vulgus ad deteriora promptum, non defuere (ei) qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatae cum marito mortis petivisse, deinde oblata mitiore spe blandimentis vitae evictam (esse), cui addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoria et ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui (omnibus) esset multum vitalis spiritus egestum (esse).

Seneca interim, durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum, diu sibi amicitiae fide et arte medicinae probatum, orat (ut) provisum pridem venenum, quo damnati publico Atheniensium iudicio exstinguerentur, promeret; adlatumque hausit frustra, (cum esset) frigidus iam artus et cluso corpore adversum vim veneni.

Postremo stagnum calidae aquae introiit, respergens proximos servorum addita voce libare se liquorem illum Iovi liberatori.

Exim balneo inlatus et vapore eius exanimatus, sine ullo funeris sollemni crematur.

Ita codicillis praescripserat, cum etiam tum praedives et praepotens supremis suis (diebus) consuleret.

[65] **Fama fuit Subrium Flavum cum centurionibus occulto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem, Piso quoque interficeretur tradereturque imperium Senecae, quasi insonti et claritudine virtutum ad summum fastigium delecto.**

Quin et verba Flavi vulgabantur, non referre dedecori, si citharoedus demoveretur et tragoedus succederet, quia ut Nero cithara (canebat), ita Piso tragico ornatu canebat.

AGRICOLA 3-4, Tacito. Ora finalmente ci ritorna il coraggio

[3] **Nunc demum redit animus; et quamquam primo statim beatissimi saeculi ortu Nerva Caesar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque cotidie felicitatem temporum Nerva Traianus, nec spem modo ac votum (=desiderio) securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur adsumpserit, naturā tamen infirmitatis humanae tardiora sunt remedia quam mala; et ut corpora nostra lente augeantur, cito extinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius quam revocaveris: subit quippe etiam ipsius inertiae dulcedo, et invisā primo desidia postremo amatur.**

Quid (dicam), si per quindecim annos, grande mortalis aevi spatium, multi fortuitis casibus, promptissimus quisque saevitiā principis interciderunt? Pauci, ut ita dixerim, non modo aliorum sed etiam nostri superstites sumus, exemptis e mediā vitā tot annis, quibus iuvenes (venimus) ad senectutem, senes prope ad ipsos exactae aetatis terminos per silentium vēnimus.

Non tamen pigebit vel inconditā ac rudi voce memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum composuisse. Hic interim liber, honori Agricolae soceri mei destinatus, professione pietatis aut laudatus erit aut excusatus (erit).

[4] **Gnaeus Iulius Agricola**, *vetere et illustri Foroiuliensium coloniā ortus*, **utrumque avum procuratorem Caesarum habuit**, *quae equestris nobilitas est*.

Pater illi Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus (fuit), iisque ipsis virtutibus iram Gai Caesaris (Caligola) meritus (est): namque Marcum Silanum accusare iussus (est) et, quia (hoc) abnuerat, interfectus est.

Mater Iulia Procilla fuit, rarae castitatis.

In huius sinu indulgentiāque educatus per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit.

Arcebat eum ab illecebris peccantium praeter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit, locum Graecā comitate et provinciali parsimoniā mixtum ac bene compositum.

Memoriā teneo solitum (esse) ipsum narrare se primā in iuventā studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coercuisset.

Scilicet sublime et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem magnae excelsaeque gloriae vehementius quam caute adpetebat. Mox mitigavit ratio et aetas retinuitque, (hoc) quod est difficillimum, ex sapientiā modum.

AGRICOLA 43-44, Tacito. Agricola fu avvelenato da Domiziano?

[43] **Finis vitae eius nobis luctuosus (fuit), amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine cura fuit.**

Vulgus quoque et hic aliud agens populus et ventitavere ad domum et per fora et circulos locuti sunt; nec quisquam audita morte Agricolae aut laetatus est aut statim oblitus (est).

Augebat miserationem constans rumor (ipsum) veneno interceptum (esse): nobis nihil (est) comperti, (ita) ut adfirmare (hoc) ausim.

Ceterum per omnem valetudinem eius crebrius quam ex more principatus per nuntios visentis et libertorum primi et medicorum intimi venere, sive cura illud sive inquisitio erat.

Supremo quidem die momenta ipsa deficientis per dispositos cursores nuntiata (esse) constabat, nullo credente sic (principem) adcelerari quae tristis audiret.

Speciem tamen doloris animi vultu prae se tulit, securus iam odii et qui facilius dissimularet gaudium quam metum.

Satis constabat lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit, laetatum(esse) eum velut honore iudicioque.

Tam caeca et corrupta mens adsiduis adulationibus erat, ut nesciret a bono patre non scribi heredem nisi malum principem.

[44] Natus erat Agricola Gaio Caesare tertium consule idibus Iuniis (13 giugno):

excessit quarto et quinquagesimo anno, decimum (diem ante) kalendas Septembris (23 agosto), Collega Priscinoque consulibus.

Quod si habitum quoque eius posterius noscere velint, decentior quam sublimior fuit; nihil impetus in vultu (erat): gratia oris supererat.

Bonum virum facile crederes, magnum libenter.

Et ipse quidem, quamquam medio in spatio integrae aetatis ereptus (erat), quantum ad gloriam, longissimum aevum peregit.

Quippe et vera bona, quae in virtutibus sita sunt, impleverat; et consulari ac triumphalibus ornamentis praedito quid aliud adstruere fortuna poterat?

Opibus nimiis non gaudebat; speciosae [non] contigerant.

Filia atque uxore superstitibus potest videri etiam beatus incolumi dignitate, florente fama, salvis adfinitatibus et amicitis futura effugisse.

Nam sicut ei non licuit durare in hanc beatissimi saeculi lucem ac principem Traianum videre, quod augurio votisque apud nostras auras ominabatur, ita festinatae mortis grande solacium tulit evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus non iam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et velut uno ictu rem publicam exhaustit.

AGRICOLA 45-46, Tacito. Felice davvero Agricola per la gloria del vivere e per l'opportunità del morire

[45] Non vidit Agricola obsessam curiam et clausum armis senatum et eadem strage tot consularium caedes, tot nobilissimarum feminarum exilia et fugas.

Una adhuc victoria Carus Mettius censebatur, et intra Albanam arcem sententia Messalini strepebat, et Massa Baebius iam tum reus erat: mox nostrae duxere Helvidium in carcerem manus; nos Maurici Rusticique visus foedavit; nos innocenti sanguine Senecio perfudit.

Nero tamen subtraxit oculos suos iussitque scelera, non spectavit: praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et aspici, cum suspiria nostra subscriberentur, cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret saevus ille vultus et rubor, quo se contra pudorem muniebat.

Tu vero (fuisti) felix, Agricola, non vitae tantum claritate, sed etiam opportunitate mortis.

Ut perhibent (ei) qui interfuere novissimis sermonibus tuis, constans et libens fatum excepisti, tamquam pro virili portione innocentiam principi donares.

Sed mihi filiaeque eius praeter acerbitatem parentis erepti auget maestitiam, quod adsidere valetudini, fovere deficientem, satiari vultu complexuque non contigit.

Excepissemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus.

Noster hic dolor (est), nostrum vulnus (est): nobis tam longae absentiae condicione ante quadriennium amissus est.

Omnia sine dubio, optime parentum, adsidente amantissima uxore superfuere honori tuo: paucioribus tamen lacrimis comploratus es, et novissima in luce desideravere aliquid oculi tui.

[46] Si quis piorum manibus locus (est), si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnae animae, placide quiescas, nosque, domum tuam, ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri neque plangi fas est.

Admiratione te potius et immortalibus laudibus et, si natura suppeditet, similitudine colamus: is (est) verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas (est).

Id filiae quoque uxori praeceperim, sic patris, sic mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque eius secum revolvant, formamque ac figuram animi magis quam corporis complectantur, non quia intercedendum (esse) putem imaginibus quae marmore aut aere finguntur, sed (quia) ut vultus hominum (imbecilli sunt), ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt.

Forma mentis aeterna (est), quam tenere et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis.

Quidquid ex Agricola amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum in aeternitae temporum, (in) fama rerum; nam multos veterum velut inglorios et ignobilis oblivio obruit:

Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit.

Germania 25, Tacito. Schiavi e liberti presso i Germani

Ceteris servis non in nostrum morem, **descriptis per familiam ministeriis**, utuntur: suam quisque sedem, suos penates regit.

Frumenti modum dominus aut pecoris aut vestis **ut colono iniungit**, et servus hactenus paret: cetera domus officia uxor ac liberi exsequuntur.

Verberare servum ac vinculis et opere coercere rarum (est): occidere solent, non disciplina et severitate, sed impetu et ira, ut inimicum, **nisi quod impune est**.

Liberti non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo (eis est), numquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus quae regnantur. Ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.

QUINTILIANO

Institutio Oratoria, II, 9, 1-3, Quintiliano: Il dovere degli alunni

Plura de officiis docentium locutus, discipulos id unum interim moneo, ut praeceptores suos non minus quam ipsa studia ament et (eos) parentes esse non quidem corporum, sed mentium credant.

Multum haec pietas conferet studio; nam ita et libenter audient et dictis credent et esse similes concupiscent, in ipsos denique coetus scholarum laeti (et) alacres convenient, emendati non irascentur, laudati gaudebunt, ut sint carissimi studio merebuntur.

Nam ut illorum officium est docere, sic (est) horum praebere se dociles: alioqui neutrum sine altero sufficit;

et sicut hominis ortus ex utroque gignentium confertur, et frustra sparseris semina nisi illa praemollitus foverit sulcus, ita eloquentia coalescere nequit nisi sociata (est) tradentis accipientisque concordia.

Institutio Oratoria, XII, 1-2, Quintiliano: L'oratore deve essere soprattutto un uomo onesto

Sit ergo nobis orator quem constituimus is qui a M. Catone finitur vir bonus, dicendi peritus, verum (=sed) (est) id quod et ille posuit prius et ipsa natura potius ac maius est, utique "vir bonus": (=ma è certamente l'"uomo buono" quello che)

id (sic est) non eo tantum quod, si vis illa dicendi malitiam instruxerit, nihil sit publicis privatisque rebus perniciosius eloquentia, nosque ipsi, qui pro virili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati sumus, pessime mereamur de rebus humanis si latroni comparamus (comparemus)

haec arma, non militi.

Quid de nobis loquor? Rerum ipsa natura, in eo quod praecipue indulsisse homini videtur quoque nos a ceteris animalibus separasse, non parens sed noverca fuerit (fuisset) si facultatem dicendi sociam scelerum, adversam innocentiae, hostem veritatis invenit (invenisset).

Mutos enim nasci et egere omni ratione satius fuisset quam providentiae munera in mutuam perniciem convertere.

VALERIO MASSIMO

Factorum et dictorum memorabilium, III, Valerio Massimo2, 21: Q.Occio, l'Achille romano

Quorum virtuti nihil cedit Q. Occius, qui propter fortitudinem Achilles cognominatus est:

nam, ut reliqua eius opera non exequar, abunde tamen duobus factis, quae relaturus sum, quantus bellator fuerit, cognoscetur.

Q. Metello consuli legatus in Hispaniam profectus, Celtibericum sub eo bellum gerens, postquam cognovit a quodam gentis huius iuvene se ad dimicandum provocari - erat autem illi forte prandendi gratia posita mensa -, relicta ea arma sua extra vallum deferri equumque educi clam iussit, ne a Metello inpediretur, et illum Celtiberum insolentissime obequitantem consectatus interemit detractasque corpori eius exuvias ovans laetitia in castra retulit.

Idem Pyrresum nobilitate ac virtute omnes Celtiberos praestantem, cum ab eo in certamen pugnae devocatus esset, succumbere sibi coegit.

Nec erubuit flagrantissimi pectoris iuvenis (sogg) gladium ei suum et sagulum, utroque exercitu spectante, tradere.

Factorum et Dictorum Memorabilium Libri novem, 1.7.4. Valerio Massimo. Non trascurate gli ordini degli Dei

Factorum et Dictorum Memorabilium Libri novem, 2.2.1, Valerio Massimo. Segretezza del Senato

Adeo autem magna caritate patriae tenebantur, ut arcana consilia patrum conscriptorum multis saeculis nemo senator enuntiaverit.

Q. Fabius Maximus tantum modo, et is ipse per imprudentiam, de tertio Punico bello in dicendo, quod secro in curia erat actum, P. Crasso, rus petens, domum revertenti, in itinere narravit, memor eum triennio ante quaestorem factum (esse), ignarus nondum a censoribus in ordinem senatorium allectum (esse); quo uno modo etiam iis, qui iam honores gesserant, aditus in curiam dabatur.

Sed quamvis honestus error Fabii esset, vehementer tamen a consulibus obiurgatus est:

numquam enim taciturnitatem, optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum, labefactari volebant.

Ergo, cum Asiae rex Eumenes amantissimus nostrae urbis bellum a Perse adversus populum Romanum comparari senatui nuntiasset, non ante sciri potuit quid aut ille locutus esset aut patres respondissent quam captum (esse) Persen cognitum est.

Fidum erat et altum rei publicae pectus curia silentique salubritate munitum et vallatum undique; cuius limen intrantes, abiecta privata caritate, publicam (caritatem) induebant.

Factorum et Dictorum Memorabilium Libri novem, 5.1.3, Valerio Massimo, non si combatte contro l'ospite

Quid de Quintio Crispino loquar cuius mansuetudinem, potentissimi adfectus, ira atque gloria quater non potuerunt?

Badium Campanum et hospitio benignissime domi suae exceperat et adversa valitudine correptum adtentissima cura recreaverat; a quo, post illam nefariam Campanorum defectionem, in acie ad pugnam provocatus, cum et viribus corporis <et> animi virtute aliquanto esset superior, monere ingratum quam vincere maluit:

nam -**Quid** agis -inquit- **demens**, aut **quo** te **prava cupiditas transversum (=perverso) rapit?**

Parum habes publica impietate furere nisi etiam privata lapsus fueris?

Unus videlicet tibi Romanorum Quintius placet in quo scelestae exerces arma cuius penatibus et honoris vicissitudinem (=scambio) et salutem tuam debes!

at me foedus amicitiae diique hospitales, sancta nostro sanguini, vestris pectoribus vilia pignora, hostili certamine congregari tecum vetant.

Quin, **etiamsi in concursu exercituum fortuito umbonis mei impulsu prostratum agnovissem**, applicatum iam cervicibus tuis mucronem revocassem.

Tuum ergo crimen sit hospitem occidere voluisse: meum (crimen) non eris hospes occisus.

Proinde aliam qua occidas dexteram quaere quoniam mea te servare didicit.

Dedit utrique caeleste numen debitum exitum si quidem in eo proelio Badius obruncatus est.

Quintius insigni pugna clarus evasit.

Factorum et Dictorum Memorabilium Libri novem, 1.7.4. Valerio Massimo. Non trascurate gli ordini degli Dei

Sequitur aequae ad publicam religionem pertinens somnium.

Cum plebeis quidam ludis pater familias per circum Flaminium, priusquam pompa induceretur, servum suum verberibus mulcatum sub furca ad supplicium egisset,

latino homini ex plebe Iuppiter in quiete praecepit ut consulibus diceret sibi praesultorem, ludis circensibus proximis, non placuisse:

quae res nisi adtentata ludorum instauratione expiata esset, (dixit) secuturum (esse) non mediocre urbis periculum.

Ille veritus ne cum aliquo incommodo suo religione summum implicaret imperium, silentium egit e vestigioque (=subito) filius eius subita vi morbi correptus interiit.

Ipsa etiam per quietem ab eodem deo interrogatus an satis magnam poenam neglecti imperii sui pependisset, in proposito perseverans, debilitate corporis solutus est, ac tum demum ex consilio amicorum lecticula ad tribunal consulum et inde ad senatum perlatus, ordine totius casus sui exposito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.

Factorum et Dictorum Memorabilium Libri novem 6.2.8, Valerio Massimo. Quante sono le vittime di Pompeo

Helvius Mancianus Formianus, libertini filius, extrema senectute, Lucium Libonem apud censores accusabat.

In quo certamine, cum Pompeius Magnus, humilitatem aetatemque eius exprobans, ab inferis illum ad accusandum remissum esse diceret, inquit

"Non mentiris - **inquit**-, Pompei.

Venio enim ab inferis in Lucium Libonium accusator.

Sed, dum illic moror, vidi cruentum Domitium Aenobarbarum, deflentem quod, summo genere natus, amantissimus patriae, in ipso flore iuventutis tuo iussu esset occisus.

Vidi pari claritate conspicuum Marcum Brutum ferro laceratum, querentem **id sibi prius perfidia deinde etiam crudelitate tua accidisse.**

Vidi Cneium Carbonem, acerrimum pueritiae tuae bonorumque patris tui defensorem, catenis, **quas tu inici iusseras, vinctum, ostentantem** a te equite Romano trucidatum esse.

Vidi eodem habitu et quiritatu praetorium virum Perpennam saevitiam tuam execrantem et multos alios una voce indignantem quod indemnati, sub te carnefice occidissent".

Tanta erat ergo tum libertas **ut homini, qui municipalis et libertinus esset, Pompeio Magno maledicere liceret**

Factorum et Dictorum Memorabilium Libri novem, Valerio Massimo. Coriolano

Caius Marcius , adulescens gloriae appetens et patriae amantissimus , **qui iam in pugna apud lacum Regillum fortem reique militaris peritum se praestiterat, postea multo maiorem gloriam in bellis Volscorum adeptus est.**

Ex Coriolis captis ei a senatu cognomen Coriolanus datum est.

Sed quanto maioribus honoribus affectus est, tanto maior erat cupiditas gloriae, fiducia sui, odium plebis.

Anno quadringentesimo nonagesimo primo, **cum Romani magna frumenti inopia laborarent, iussuque senatus frumentum ex Sicilia apportatum esset, Coriolanus censuit ut, si plebs frumentum parvo emere vellet, iura eius minuta essent.**

Paucis enim annis ante, plebi concessum erat ut, praesidii causa, quotannis tribunos crearet.

Aegre Coriolanus ab ira plebis **defendi potuit.**

Deinde, a tribunis proditoris accusatus, sua sponte ad Volscos, totiens a se victos, irae plenus cupidusque ulciscendi, **se contulit.**

Absentem tribuni exilio multaverunt.

Factorum et Dictorum Memorabilium Libri novem 5.4, Valerio Massimo. Una figlia coraggiosa

Sanguinis ingenui mulierem praetor apud tribunal suum capitali crimine damnatam triumviro in carcere necandam tradidit.

Quam receptam is, qui custodiae praeerat, misericordia motus non protinus strangulavit:

aditum quoque ad eam filiae, sed diligenter excussae, ne quid cibi inferret, dedit existimans **futurum(esse) ut inedia consumeretur.**

Cum autem plures iam dies intercessissent, secum ipse quaerens quidnam esset, quo tam diu viveret, curiosius, observata filia, animadvertit illam, exerto ubere, famem matris lactis sui subsidio lenientem.

Quae tam admirabilis spectaculi novitas ab ipso custode ad triumvirum capitalem, a triumviro ad praetorem, a praetore ad consilium iudicum perlata remissionem poenae mulieri, ob filiae caritatem, **impetravit.**

Quo non penetrat aut quid non excogitat pietas, quae in carcere servandae genetricis novam rationem invenit?

Quid enim (aestimamus) tam inusitatum, quid tam inauditum quam matrem uberibus natae alitam?

Putarit aliquis hoc contra rerum naturam factum (esse), nisi diligere parentis prima naturae lex esset.

Factorum et Dictorum Memorabilium Libri novem 5.8.3, Valerio Massimo. Inflexibile rigore di un padre

Cum ad senatum Macedonia de filio eius D. Silano, qui eam provinciam obtinuerat, querellas per legatos detulisset, Titus Manlius Torquatus a patribus conscriptis petiit ne quid ante de ea re statuerent quam ipse Macedonum filiique sui causam inspexisset.

Summo deinde cum amplissimi ordinis tum etiam eorum, qui questum venerant, consensu, cognitione suscepta, **domi consedit solusque utrique** parti per totum biduum vacavit ac tertio die, **plenissime diligentissimeque auditis testibus**, ita pronuntiavit:

"**Cum** Silanum filium meum pecunias a sociis accepisse **probatum mihi sit**, **et** re publica eum et domo mea indignum iudico **protinusque e** conspectu meo **abire iubeo**".

Tam tristi patris sententia percussus Silanus lucem ulterius intueri non sustinuit suspensioque se proxima nocte consumpsit.

Peregerat iam Torquatus severi et religiosi iudicis partis, satisfactum erat rei publicae, habebat ultionem Macedonia, potuit tam verecundo fili obitu patris inflecti rigor: at ille neque exequiis adolescentis interfuit et, cum maxime funus eius duceretur, consulere se volentibus vacuas aures accommodavit.

FACTORUM ET DICTORUM MEMORABILIIUM LIBER I, 6,12, Valerio Massimo. Pompeo sottovaluta gli infausti presagi inviati dagli dei

Cn. etiam Pompeium Iuppiter omnipotens abunde monuerat **ne cum C. Caesare ultimam belli fortunam experiri contenderet**, egresso a Dyrrachio adversa agmini eius fulmina iaciens, examinibus apium signa obscurando, subita tristitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga.

Sed invictae leges necessitudinis pectus alioquin procul amentia remotum prodigia ista iusta aestimatione perpendere **passae non sunt**.

Itaque, **dum illa elevat**, auctoritatem amplissimam et opes privato fastigio excelsiores omniaque ornamenta, quae ab ineunte adolescentia ad invidiam usque contraxerat, **spatio unius diei confregit**.

Quo constat in delubris deum sua sponte signa conversa (esse), militem clamorem strepitumque armorum **adeo** magnum Antiochiae et Ptolemaide auditum (esse), **ut** in muros concurreretur, sonum tympanorum Pergami abditis delubri editum (esse), palmam viridem Trallibus in aede Victoriae sub Caesaris statua inter coagmenta lapidum iustae magnitudinis enatam (esse).

Quibus apparet caelestium numen et Caesaris gloriae favisse **et** Pompei errorem inhibere voluisse.

Factorum et Dictorum Memorabilium I, 1, Externa exempla, 3, Valerio Massimo. Empietà di Dionigi di Siracusa

Syracensis genitus, Dionysius tot sacrilegiis suis iocosa dicta, voluptatis causa, solebat adiungere: **fano enim Proserpinae spoliato Locris, cum per altum secundo vento classe veheretur, ridens amicis inquit:**

"Vitedisne" inquit "quam bona navigatio ab ipsis dis immortalibus sacrilegis tribuatur?"

Detracto etiam Iovi Olympio magni ponderis aureo amiculo, quo eum tyrannus Gelo e manubiis Karthaginensium ornaverat, **iniectoque ei laneo pallio, dixit** aestate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum, laneum autem ad utrumque tempus anni aptius!

Idem Epidauri Aesculapio barbam auream demi iussit, adfirmans non convenire patrem Apollinem imberbem, ipsius autem filium barbatum conspici.

Idem mensas argenteas atque aureas e fanis eripuit et cum in his, more Graeciae, scriptum esset bonorum deorum eas esse, se bonitatem eorum adhibere praedicavit.

Idem Victorias aureas et pateras et coronas, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat et eas se accipere, non auferre dicebat;

(dicebat) **esse enim stultitiam, a quibus bona precaremur, ab is porrigentibus et dantibus nolle sumere**

FACTORUM ET DICTORUM MEMORABILIUM LIBER V,5, Valerio Massimo. Atto umano di un comandante

Quintus vero Metellus Celtibericum in Hispania gerens bellum, cum urbem Centrobigam obsideret et iam, admota machina, partem muri, quae sola convelli poterat, disiecturus (esse) videretur, humanitatem propinquae victoriae praetulit.

Nam cum Rhoetogenis filios, qui ad eum transierat, Centobrigenses machinae ictibus obiecissent, ne pueri in conspectu patris crudeli genere mortis consumerentur, quamquam ipse Rhoetogenes negabat esse impedimento quominus etiam per exitium sanguinis sui expugnationem perageret, ab obsidione discessit.

Quo quidem tam clementi facto etsi non unius civitatis moenia (cepit), omnium tamen Celtiberarum urbium animos cepit, effecitque ut ad redigendas eas in dicionem populi Romani non multis sibi obsidionibus opus esset.

Factorum et dictorum memorabilium, III, 7, Valerio Massimo. Alessandro Magno ascolta un oracolo

Cum Alexander Macedonum rex sorte monitus (consigliare) ut eum, qui sibi porta egresso primus occurrisset, interfici iuberet, asinarium forte ante omnis obviam factum ad mortem abripi imperasset, eoque quaerente quidnam se immerentem capitali supplicio innocentemque addiceret, cum ad excusandum factum suum oraculi praeceptum retulisset, asinarius inquit:

'si ita est' inquit, 'rex, alium sors huic morti destinavit: nam asellus, quem ego ante me agebam, prior tibi occurrit'.

Delectatus Alexander et illius tam callido dicto et quod ipse ab errore revocatus erat, occasionem in aliquanto viliori animali expiandae religionis (soddisfare lo scrupolo religioso) rapuit.

Historiae Romanae I, 13, Velleio Patercolo. Paragone tra Scipione Emiliano e Lucio Mummio

VELLEIO PATERCOLO

Historiae Romanae I, 13, Velleio Patercolo. ione Emiliano e Lucio Mummi

Eodem anno, quo Carthago concidit, L.Mummius Corinthum funditus eruit.

Uterque imperator, devictae a se gentis nomine honoratus, alter Africanus, alter appellatus est Achaicus; nec quisquam ex novis hominibus prior Mummi cognomen virtute partum vindicavit.

Diversi imperatoribus mores, diversa fuere studia: quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinae et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panaetiumque, praecellentes ingenio viros, domi militiaeque secum habuerit.

Neque enim quisque hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit (sepe alternare), semperque aut belli aut pacis serviit artibus; semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis aut animum disciplinis exercuit.

Mummius tam rudis fuit, ut, capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas manus ac statuas in Italiam portandas (esse) locaret, iuberet praedici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros esse.

Historiae Romanae, II, 13, VELLEIO PATERCOLO. Difficili rapporti tra Livio Druso e il Senato.

Deinde interiectis paucis annis tribunatum iniit M. Livius Drusus, vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, meliore in omnia ingenio animoque quam fortuna usus.

Qui cum senatui priscum restituere cuperet decus et iudicia ab equitibus ad eum transferre ordinem//// (quippe eam potestatem nacti equites Gracchanis legibus cum in multos clarissimos atque innocentissimos viros saevissent, tum P. Rutilium, virum non saeculi sui, sed omnis aevi optimum, interrogatum lege repetundarum maximo cum gemitu civitatis damnaverant),//// in iis ipsis, quae pro senatu moliebatur, senatum habuit adversarium non intellegendum (=non accettata), si (ali)qua de plebis commodis ab eo agerentur, veluti inescandae inliciendaeque multitudinis causa fieri (=potesse accidere), ut minoribus perceptis maiora permitteret.

Denique ea fortuna Drusi fuit, ut malefacta collegarum quam quaevis optime ab ipso cogitata senatus probaret magis, et honorem, qui ab eo deferebatur, sperneret, iniunas, quae ab illis intendebantur, aequo animo reciperet, et huius summae gloriae invideret, illorum modicam (gloriam) ferret.

CURZIO RUFO

Historiae Alexandri Magni, III, 2-7, Curzio Rufo. Sogni di Dario

Anxium de instantibus curis agitabant etiam per somnum species imminentium rerum, sive illas aegritudo, sive divinatio animi (il presentimento del suo cuore che le presagiva) **praesagientis accersit.**

Castra Alexandri magno ignis fulgore conlucere ei visa sunt, et paulo post Alexander (visus est) adduci ad ipsum in eo vestis habitu, quo ipse fuisset; equo deinde per Babylona vectus, subito cum ipso equo oculis esse subductus (visus est).

Ad haec vates varia interpretatione curam distinxerant.

Alii laetum id regi somnium esse dicebant, quod castra hostium arsissent, quod Alexandrum, deposita regia veste, in persico et vulgari habitu perductum ad se vidisset; quidam non (dicebant...):

augurabantur quippe inlustria Macedonum castra visa fulgorem Alexandro portendere, quod vel regnum Asiae occupaturus esset, haud ambiguae rei, quoniam in eodem habitu Dareus fuisset, cum appellatus est rex.

Vetera quoque omina, ut fere solet, sollicitudo revocaverat.

Recensebant enim Dareum in principio imperii vaginam acinacis persicam iussisse mutari in eam formam, qua Graeci uterentur, protinusque Chaldaeos interpretatos (esse) imperium Persarum ad eos transiturum (esse) quorum arma esset imitatus. [...]

Historiae Alexandri Magni, III, 11, Curzio Rufo. La sconfitta di Dario

Sed omnium oculos animosque in semet converterant captivae mater coniuxque Darei:

illa non maiestate solum sed etiam aetate venerabilis (erat), haec, formae pulchritudine nec illa quidem sorte corruptae, receperat in sinum filium nondum sextum annum aetatis egressum (varcare/superare), in spem tantae fortunae, **quantam pater eius paulo ante amiserat, genitum.**

At in gremio anus aviae iacebant adultae virgines duae non suo tantum, sed etiam illius maerore confectae.

Ingens circa eam nobilium feminarum **turba** constiterat **laceratis crinibus abscissaque veste**, **pristini decoris inmemores**, reginas dominasque veris quondam, tunc alienis nominibus, **invocantes.**

Illae suae calamitatis oblitae, in utro cornu Dareus **stetisset**, quae fortuna discriminis **fuisset**, **requirebant: negabant se captas (esse)**, si viveret rex.

Sed illum **equos subinde mutantem** longius fuga abstulerat.

In acie autem caesa sunt Persarum peditum centum milia, decem milia equitum;

at a parte Alexandri (ad) quattuor et quingenti saucii fuere, ex peditibus XXX omnino et duo desiderati sunt, equitum centum quinquaginta interfecti (sunt):

tantulo impendio ingens victoria stetit!

GELLIO

NOCTES ATTICAE I,26, GELLIO. Plutarco e il servo

«Plutarchus servo suo, nequam homini et contumaci, sed libris disputationibusque philosophiae aures imbutas habenti, tunicam detrahi - ob nescio quod delictum - caedique eum loro iussit.

Coeperat verberari et obloquebatur non meruisse, ut vapulet; nihil mali, nihil sceleris admisisse.

Postremo vociferari inter vapulandum incipit neque iam querimonias aut gemitus eiulatusque facere, sed verba seria et obiurgatoria, non ita esse Plutarchum, ut philosophum deceret; irasci turpe esse; saepe eum de malo irae dissertavisse, librum quoque De ira pulcherrimum conscripsisse; his omnibus, quae in eo libro scripta sint, nequaquam convenire, quod provolutus effususque in iram plurimis se plagis multaret.

Tum Plutarchus lente et leniter: "Quid autem, inquit, verbero, nunc ego tibi irasci videor?"

Ex vultu meo an ex voce an ex colore an etiam ex verbis correptum esse me ira intellegis?

Mihi quidem neque oculi, opinor, truces sunt neque os (est) turbidum, neque immaniter clamo neque in spumam ruboremve effervesco neque pudenda dico aut paenitenda neque omnino trepido ira et gestio.

Haec enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent".

Et simul ad eum, qui caedebat, conversus (inquit): "Interim, inquit, dum ego atque hic disputamus, tu hoc age"». [...]

NOCTES ATTICAE IV, 18, GELLIO. Fiera risposta di Scipione a un calunniatore

Cum M. Naevius tribunus plebis accusaret Scipionem Africanum ad populum diceretque eum accepisse a rege Antiocho pecuniam ut condicionibus gratiosis et mollibus pax cum eo populi Romani nomine fieret, **tum Scipio**, praefatus pauca quae dignitas vitae eius atque gloria postulabant **(inquit)**:

”Memoria, -inquit- **Quirites**, repeto diem esse hodiernum quo Hannibalem Poenum, imperio vestro inimicissimum, magno proelio vici in terra Africa pacemque et claram vobis peperi victoriam.

Non igitur simus adversum deos ingrati et, censeo, reliquamus nebulonem hunc, eamus hinc protinus Iovi Optimo Maximo gratulatum”.

Id cum dixisset, ire ad Capitolium coepit.

Tum contio universa, relicto tribuno, Scipionem in Capitolium comitata (est) atque inde ad aedes eius cum laetitia et gratulatione sollemni prosecuta est.

NOCTES ATTICAE XIV, 25, GELLIO. Contro gli indovini

Idem Favorinus detertere volens ac depellere adulescentes a genethliacis istis et quibusdam aliis id genus, qui prodigiosis artibus futura omnia dicturos (esse) pollicentur, nullo pacto adeundos eos esse consulendosque huiuscemodi argumentis **concludebat: (inquit)**

”Aut adversa” inquit eventura (esse) dicunt aliter prospera.

Si dicunt prospera et fallunt, miser fies frustra exspectando;

si adversa dicunt et mentiuntur, miser fies frustra timendo;

sin vera respondent eaque sunt non prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam e fato fias;

si felicia promittunt eaque eventura sunt, tum plane duo erunt incommoda:

et exspectatio te spei suspensum fatigabit, et futurum gaudii fructum spes tibi iam prae floraverit.

Nulla igitur pacto utendum est (essere in relazione) **istiusmodi hominibus res futuras praesagientibus**".

Cum primores civitatis similibus morbis eodemque ferme omnes eventu morentur, ancilla quaedam, ad Q. Fabiam Maximum aedilem curulem indicaturam (esse) se causam publicae pestis, professa est, si ab eo fides sibi data esset haud futurum noxae indicium.

NOCTES ATTICAE 15 - 18, GELLIO. VISIONE DI UN SACERDOTE

(die) Quo C. Caesar et Cn. Pompeius die per civile bellum, signis conlatis, in Thessalia conflixerunt, res accidit Patavi in transpadana Italia memorari digna.

Cornelius quidam sacerdos et loco nobilis et sacerdotii religionibus venerandus et castitate vitae sanctus, repente, mota mente, conspicere se procul dixit pugnam acerrimam pugnari ac deinde alios cedere, alios urgere, caedem, fugam, tela volantia, instaurationem pugnae, impressionem, gemitus, vulnera, proinde ut si ipse in proelio versaretur, coram videre sese vociferatus est ac postea subito exclamavit Caesarem vicisse.

Ea Cornelii sacerdotis hariolatio levis tum quidem visa et vecors, magnae mox admirationi fuit, quoniam non modo pugnae dies, quae in Thessalia pugnata est, neque proelii exitus, qui erat praedictus, idem fuit, sed omnes quoque pugnandi reciprocae vices et ipsa exercituum duorum conflictatio vaticinantis motu atque verbis repraesentata est.

PETRONIO

SATYRICON 37, Petronio. Ritratto di Fortunata, moglie di Trimalcione -

(Encolpio) Non potui amplius quicquam gustare, sed conversus ad eum, ut quam plurima exciperem, longe accersere fabulas coepi sciscitarique, quae esset mulier illa, quae huc atque illuc discurreret.

Inquit

"Uxor" ~~inquit~~ "Trimalchionis (est), Fortunata appellatur (ea), quae nummos modio metitur.

Et modo, modo quid fuit? Ignoscet mihi genius tuus, noluisse de manu illius panem accipere.

Nunc, (nescitur) nec quid nec quare, in caelum abiit et Trimalchionis tapanta est.

Ad summam, mero meridie si dixerit illi tenebras esse, credet.

Ipsa nescit quid habeat - adeo sapientius est -; sed haec lupatria providet omnia, et ubi non putes.

Est sicca, sobria, bonorum consiliorum: tantum auri (est) vides (:).

Est tamen malae linguae, (est) pica pulvinaris.

(eum) Quem amat, amat; (eum) quem non amat, non amat.

Ipsa Trimalchio fundos habet, quantum milvi volant, nummorum nummos.

Argentum in ostiarii illius cella plus iacet, quam quisquam in fortunis habet.

Familia vero - babae babae! **Non mehercules puto decumam partem esse (eam) quae dominum suum noverit.**

Ad summam, quemvis ex istis babaecalis in rutae folium coniciet.

SATYRICON 111, Petronio. Una matrona veramente pudica

Matrona quaedam Ephesi tam notae erat pudicitiae, ut vicinarum quoque gentium feminas ad spectaculum sui evocaret.

Haec ergo cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus aut nudatum pectus in conspectu frequentiae plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumque in hypogaeo Graeco more corpus custodire ac flere totis noctibus diebusque coepit.

Sic adflctantem se ac mortem inedia persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui; magistratus ultimo repulsi abierunt, complorataque singularis exempli femina ab omnibus quintum iam diem sine alimento trahebat.

Adsidebat aegrae fidissima ancilla, simulque et lacrimas commodabat lugenti, et quotienscumque defecerat positum in monumento lumen renovabat.

Una igitur in tota civitate fabula erat: solum illud adfuisse verum pudicitiae amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur.

Cum interim imperator provinciae latrones iussit crucibus affigi secundum illam casulam, in qua recens cadaver matrona deflebat.

Proxima ergo nocte, cum miles, qui cruces asservabat, ne quis ad sepulturam corpus detraheret, notasset sibi lumen inter monumenta clarius fulgens et gemitum lugentis audisset, vitio gentis humanae concupiit scire **quis aut quid faceret.**

Descendit igitur in conditorium, visaque pulcherrima muliere, primo quasi quodam monstro infernisque imaginibus turbatus substitit; deinde ut et corpus iacentis conspexit et lacrimas consideravit faciemque unguibus sectam, **ratus (scilicet id quod erat) desiderium extincti non**

posse feminam pati, attulit in monumentum cenulam suam, coepitque hortari lugentem ne perseveraret in dolore supervacuo, ac nihil profuturo gemitu pectus diduceret.

Dicebat "omnium eundem esse exitum et idem domicilium" et cetera quibus exulceratae mentes ad sanitatem revocantur.

At illa ignota consolatione percussa laceravit vehementius pectus, ruptosque crines super corpus iacentis imposuit.

MARZIALE

Epigrammi, XII,17, Marziale. La mia Bilbilis

Dum tu forsitan inquietus erras	allitterazione anafora
clamosa, Iuvenalis, in Subura,	iperbato apostrofe
aut collem dominae teris Dianae;	perifrasi: Aventino
dum per limina te potentiorum	iperbato
sudatrix toga ventilat vagumque	
maior Caelius et minor fatigant:	ANTITESI
me multos repetita post Decembres	iperbato metonimia allitterazione
accepit mea rusticumque fecit	iperbato
auro Bilbilis et superba ferro.	iperbato prosopopea ossimoro
Hic pigri colimus labore dulci	pluralia maiestatis metafora
Boterdum Plateamque — Celtiberis	iperbato
haec sunt nomina crassiora terris — :	
ingenti fruor inproboque somno,	iperbato
quem nec tertia saepe rumpit hora,	iperbato
et totum mihi nunc repono, quidquid	
ter denos vigilaveram per annos.	iperbato perifrasi
Ignota est toga , sed datur petenti	sineddoche
rupta proxima vestis a cathedra.	iperbati
Surgentem focus excipit superba	iperbato
vicini strue cultus iliceti,	
multa vilica quem coronat olla.	iperbato
Venator sequitur, sed ille quem tu	
secreta cupias habere silva;	iperbato
dispensat pueris rogatque longos	
levis ponere vilicus capillos.	iperbato
Sic me vivere, sic iuvat perire	anafora

APULEIO

Metamorfosi XI, 13, Apuleio. Lucio (o Apuleio) riacquista l'aspetto umano

At sacerdos, ut reapse cognoscere potui, nocturni commonefactus oraculi miratusque congruentiam mandati muneris, confestim restitit et ultra porrecta dextera ob os ipsum meum coronam exhibuit.

Tunc ego trepidans, adsiduo cursu micanti corde, coronam, quae rosis amoenis intexta fulgurabat, avido ore susceptam cupidus promissi devoravi.

Nec me fefellit caeleste promissum: protinus mihi delabatur deformis et ferina facies. Ac primo quidem squalens pilus defluit, ac dehinc cutis crassa tenuatur, venter obesus residet, pedum plantae per ungulas in digitos exeunt, manus non iam pedes sunt, sed in erecta porriguntur officia, cervix procera cohibetur, os et caput rutundatur, aures enormes repetunt pristinam parvitatem, dentes saxei redeunt ad humanam minutiem, et, quae me potissimum cruciabat ante, cauda nusquam (est)!

Populi mirantur, religiosi venerantur tam evidentem maximi numinis potentiam et consimilem nocturnis imaginibus magnificentiam, et facilitatem reformationis claraque et consona voce, caelo manus adtendentes, testantur tam inlustre deae beneficium.

AGOSTINO

DE CIVITATE DEI, I, 7, AGOSTINO. Dopo il sacco di Roma

Quidquid ergo vastationis, trucidationis, depraedationis, concremationis, afflictionis in ista recentissima Romana clade commissum est, fecit hoc consuetudo bellorum; quod autem novo more factum est, quod inusitata rerum facie immanitas barbara tam mitis apparuit, ut amplissimae basilicae implendae populo cui parceretur eligerentur et decernerentur, ubi nemo feriretur, unde nemo raperetur, quo liberandi multi a miserantibus hostibus ducerentur, unde captivandi ulli nec a crudelibus hostibus abducerentur:

hoc Christi nomini, hoc Christiano tempore tribuendum (esse) quisquis non videt, caecus (est); quisquis videt nec laudat, ingratus (est); quisquis laudanti reluctatur, insanus est.

(Prudens quisquam) Absit, ut prudens quisquam hoc feritati imputet barbarorum.

Truculentissimas et saevissimas mentes ille terruit, ille frenavit, ille mirabiliter temperavit, qui per Prophetam tanto ante dixit:
visitabo in virga iniquitates eorum et in flagellis peccata eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eis

DE CIVITATE DEI, IV, 4, AGOSTINO. QUID SUNT REGNA, NISI MAGNA LATROCINIA?

Remota itaque iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia?

quia et latrocinia quid sunt nisi parva regna?

Manus et ipsa hominum **est**, imperio principis **regitur**, pacto societatis **astringitur**, placiti lege praeda **dividitur**.

Hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus crescit, ut et loca teneat sedes constituat, civitates occupet populos subiuguet, evidentius regni nomen assumit, quod ei iam in manifesto confert non adempta cupiditas, sed addita impunitas.

Eleganter enim et veraciter Alexandro illi Magno quidam comprehensus pirata respondit.

Nam cum idem rex hominem interrogaret, quid ei videretur, ut mare haberet infestum, ille libera contumacia (inquit):

(hoc) Quod tibi (visum est), inquit, (visum est mihi) ut (haberet) orbem terrarum; sed quia ego exiguo navigio facio, latro vocor; quia tu magna classe (facis haec), imperator (vocaris).

De Civitate dei, IV, 22, AGOSTINO. Bisogna conoscere gli attributi di ciascun dio

De scientia colendorum deorum, quam a se Varro gloriatur conlatam esse Romanis

Quid est ergo, quod pro ingenti beneficio Varro iactat praestare se civibus suis, quia non solum commemorat deos, quos coli oporteat a Romanis, verum etiam (quia) dicit quid ad quemque pertineat?

Quondam nihil prodest - inquit - alicuius medici nomen formamque nosse, et quid sit medicus ignorare;

ita dicit nihil prodesse scire deum esse Aesculapium, si nescias eum valetudini opitulari, atque ita ignores cur ei debeas supplicare.

Hoc etiam alia similitudine affirmat, dicens, non modo bene vivere, sed vivere omnino neminem posse, si ignoret quisnam sit faber, quis pistor, quis tector, a quo aliquid utensile petere possit, quem adiutorem assumere, quem ducem, quem doctorem:

eo modo nulli dubium esse asserit ita esse utilem cognitionem deorum, si sciatur quam quisque deus vim et facultatem ac potestatem cuiusque rei habeat.

"Ex eo enim poterimus" inquit "scire quem in quaque causa deum avocare atque invocare debeamus ne optemus a Libero aquam, a Nymphis vinum".

DE CIVITATE DEI, V, 16, AGOSTINO. La ricompensa dei santi nella città di Dio

Merces autem sanctorum longe alia est etiam hic opprobria sustinentium pro veritate Dei, quae mundi huius dilectoribus odiosa est.

Illa civitas sempiterna est; ibi nullus oritur, quia nullus moritur; ibi est vera et plena felicitas, non dea, sed donum Dei; inde fidei pignus accepimus, quamdiu peregrinantes eius pulchritudini suspiramus; ibi non oritur sol super bonos et malos, sed sol iustitiae solos protegit bonos; ibi non erit magna industria ditare publicum aerarium privatis rebus angustis, ubi thesaurus communis est veritatis.

Proinde non solum ut talis merces talibus hominibus redderetur Romanum imperium ad humanam gloriam dilatatum est, verum etiam ut cives aeternae illius civitatis, quamdiu hic peregrinantur, diligenter et sobrie illa intueantur exempla et videant quanta dilectio debeatur supernae patriae propter vitam aeternam, si tantum a suis civibus terrena (patria) dilecta est propter hominum gloriam.

Confessiones, I, 1, 1, Agostino. Esaltazione della grandezza divina

Magnus es, Domine, et laudabilis valde:

magna (est) virtus tua et sapientiae tuae non est numerus.

Et laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae, et homo circumferens mortalitatem suam, circumferens testimonium peccati sui et testimonium, quia superbis resistis; et tamen laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae.

Tu excitas, ut laudare te delectet, quia fecisti nos ad te et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

Da mihi, Domine, scire et intellegere, utrum sit prius invocare te an laudare te et scire te prius sit an invocare te.

Sed quis te invocat o(mnis) nesciens te?

Aliud enim pro alio potest invocare nesciens.

An potius invocaris, ut sciaris?

Quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt?

Aut quomodo credunt sine praedicante?

Et laudabunt Dominum qui requirunt eum.

Quaerentes enim inveniunt eum et invenientes laudabunt eum.

Quaeram te, Domine, invocans te et invocem te credens in te;

praedicatus enim es nobis.

Invocat te, Domine, fides mea, quam dedisti mihi, quam inspirasti mihi per humanitatem Filii tui, per ministerium praedicatoris tui.

Confessiones I, 1-2, Agostino. Come e perché invocare Dio?

Et quomodo invocabo Deum meum, Deum et Dominum meum, quoniam utique in me ipsum eum vocabo, cum invocabo eum? et quis locus est in me, quo veniat in me Deus meus?

Quo Deus veniat in me, Deus, qui fecit caelum et terram?

Itane, Domine Deus meus, est quidquam in me, quod capiat te?

An (=nonne) vero caelum et terra, quae fecisti et in quibus me fecisti, capiunt te?

An, quia sine te non esset quidquid est, quid peto ut venias in me, qui non essem nisi esses in me?

Non enim ego iam (sum) Inferi, et tamen etiam ibi es.

Nam etsi descendero in infernum, ades.

Non ergo essem, Deus meus, non omnino essem, nisi esses in me.

An potius non essem, nisi essem in te, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia (sunt)?

Etiam sic, Domine, etiam sic (est).

Quo te invoco, cum in te sim?

Aut unde venias in me?

Quo enim recedam extra caelum et terram, ut inde in me veniat Deus meus, qui dixit: Caelum et terram ego impleo?

Confessiones, I, 14,23, Agostino. Difficoltà incontrate nello studio del greco

Cur ergo graecam etiam grammaticam oderam talia cantantem?

Nam et Homerus peritus (est) texere tales fabellas, **et** dulcissime vanus est, **et** mihi tamen amarus erat puero.

Credo etiam graecis pueris Vergilius ita sit, cum eum sic discere coguntur ut ego (coactus sum discere) **illum.**

Videlicet difficultas (erat), difficultas omnino ediscendae linguae peregrinae, quasi felle aspergebat omnes suavitates graecas fabulosarum narrationum.

Nulla enim verba illa noveram, et saevis terroribus ac poenis, ut nossem, instabatur mihi vehementer.

Nam et latina aliquando infans utique nulla **noveram**, **et** tamen advertendo **didici** sine ullo metu atque cruciatu, inter etiam blandimenta nutricum et ioca arridentium et laetitias alludentium.

Didici vero illa sine poenali onere urgentium, cum me urgeret cor meum ad parienda concepta sua; **id (est)** quod non esset, nisi aliqua verba didicissem non a doctibus, sed a loquentibus, in quorum et ego auribus parturiebam quidquid sentiebam.

Hinc satis elucet maiorem habere vim ad discenda ista liberam curiositatem quam meticulosam necessitatem.

Sed illius fluxum (=debolezza) haec **restringit** legibus tuis, deus, legibus tuis, a magistrorum ferulis usque ad temptationes martyrum, valentibus legibus tuis (**restringit**) miscere salubres amaritudines revocantes nos ad te a iucunditate pestifera, **qua recessimus a te.**

CONFESSIONES, LIBER IV - CAPUT 7, AGOSTINO. TORMENTO INTERIORE PRIMA DELLA CONVERSIONE

O dementiam nescientem diligere homines humaniter!

O stultum hominem inmoderate humana patientem! **quod ego tunc eram.**

Itaque **aestuabam, suspirabam, flebam, turbabar**, nec requies **erat** (mihi) nec consilium.

Portabam enim concisam et cruentam animam meam, impatientem portari a me; **et ubi eam ponerem non inveniebam.**

Non in amoenis nemoribus, non in ludis atque cantibus, nec in suave olentibus locis, nec in conviviis apparatis, nec in voluptate cubilis et lecti, non denique in libris atque carminibus **adquiescebat.**

Horrebant omnia et ipsa lux, et **quidquid non erat quod ille erat**, inprobum et taediosum **erat**, praeter gemitum et lacrimas: nam in eis solis (erat) aliquantula requies.

Ubi autem inde auferebatur anima mea, onerabat me grandis sarcina miseriae; ad te, domine, levanda erat et curanda; sciebam, sed nec volebam nec valebam, eo magis, quod mihi non eras aliquid solidum et firmum, cum de te cogitabam.

Non enim tu **eras, sed** vanum phantasma et error meus **erat** deus meus.

CONFESSIONES, LIBER III - CAPUT 4, 7-8, Agostino. Un'importante lettura

Inter hos ego inbecilla tunc aetate discebam libros eloquentiae, in qua eminere cupiebam, fine damnabili et ventoso per gaudia vanitatis humanae; et usitato iam discendi ordine perveneram in librum cuiusdam Ciceronis, cuius linguam fere omnes mirantur, pectus non ita.

Sed liber ille ipsius exhortationem **continet** ad philosophiam **et vocatur** Hortensius.

Ille vero liber **mutavit** affectum meum, **et** ad te ipsum, domine, **mutavit** preces meas, **et** vota ac desideria mea **fecit** alia.

Viluit mihi repente omnis vana spes, **et** immortalitatem sapientiae **concupiscebam** aestu cordis incredibili, **et surgere coeperam, ut ad te redirem.**

Non enim (referebam illum librum) ad acuendam linguam, quod videbar emere maternis mercedibus, cum agerem annum aetatis undevicesimum, iam defuncto patre ante biennium; non ergo ad acuendam linguam referebam illum librum, neque mihi locutionem, sed quod loquebatur persuaserat.

Quomodo ardebam, deus meus, quomodo ardebam revolare a terrenis ad te, et nesciebam quid ageres mecum! Apud te est enim sapientia.

Amor autem sapientiae nomen graecum habet philosophiam, quo me accendebant illae litterae.

LIBER VIII - CAPUT 12, 29, AGOSTINO. PRENDI E LEGGI

Dicebam haec, et flebam, amarissima contritione cordis mei.

Et ecce **audio** vocem de vicina domo cum cantu dicentis, et crebro repetentis, quasi pueri an puellae (fuerit), **nescio: tolle lege, tolle lege.**

Statimque mutato vultu intentissimus cogitare coepi, utrumnam solerent pueri in aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid, nec occurebat omnino audisse me uspiam:

repressoque impetu lacrimarum surrexi, nihil aliud interpretans divinitus mihi iuberi, nisi ut aperirem codicem et legerem (primum caput) quod ~~primum caput~~ invenissem.

Audieram enim de Antonio, quod ex evangelica lectione, cui forte supervenerat, admonitus fuerit, tamquam sibi diceretur quod legebatur:

vade, vende omnia, quae habes, da pauperibus et habebis thesaurum in caelis; et veni, sequere me: et (audieram) tali oraculo confestim ad te esse conversum.

Itaque concitus redii in eum locum, ubi sedebat Alypius: ibi enim posueram codicem apostoli, cum inde surrexeram.

Arripui, aperui et legi in silentio capitulum, quo primum coniecti sunt oculi mei: non in comissionibus et ebrietatibus, non in cubilibus et inpudiciis, non in contentione et aemulatione, sed induite dominum Iesum Christum, et carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis.

Nec ultra volui legere, nec opus erat.

DRACONZIO

Aegritudo Perdicae

Deficiunt iuveni paulatim fortia membra
decoquiturque umor, cunctos qui continet artus;
namque undas Cereremque negat victumque ciborum.

metafora metonimia polisindeto

tunc quoque sollicitam monuit maestamque parentem
maternae pietatis honos, famulasque vocavit
ad sese iussitque artis † medicinae requiri †,
primores qui forte forent adducere secum.

perifrasi

iussa citae peragunt: vitae venire magistri
ingressique fores atque abdita tecta cientis
inveniunt iuvenem postrema clade gravatum
et primum quaerunt, quae causa laboris inesset;

perifrasi
metonimia

post vena <est> temptata; sed haec pulsusque quietus (est):
esse negant causas vitiati corporis illic;

metonimia

et iecur et splenis temptata (sunt) cubilia et atri
quae fellis metuenda (est) domus:

metafore

sunt omnia sana,
per proprium digesta larem, sunt cuncta quieta
et vitae devota suae, sed dira procella
mente latens caecos urgebat pectore coetus.

metafora
metafora
metafora

Hippocrates, illic fuerat qui forte vetustus
ac vitae spatio longum qui ceperat usum,
restitit ac secum docto sermone locutus (est):

quid, **medicina**, **taces**? rationem redde petenti. prosopopea domanda retorica metafora
non isti calor est, pulsu nec vena minatur

(nam sacrae partes, quibus omnis vita tenetur,
discordare parent, **(ita)** ut mox elementa resolvant,
quae faciunt hominem, dum quattuor ista ligantur);

<non> stridens gremium vivaces inpedit auras;
non omenta suas per mollia viscera sedes (inpediunt):
<...>, non corda vagi pulmonis anhelant
intercepta sero, non ilia concita costis
incutiunt saevos iaculata saepe dolores:
displicet os solum, **quod sunt suspiria longa.**'

sic fatus fessae scrutatur conscia venae.
ingreditur mater:

tum **(ea)** quae fuit ante tenenti
mitis et in lentos motus aequaliter apta,
inprobiter digitos quatiens pulsatibus urguet,
sic mentis confessa nefas.

magnusque virorum
invenit Hippocrates, **(haec)** quae pectore clausa fuere,
et tali sequitur miserandam voce parentem:

'causa subes, mater: medicinae munera cessent ;
hic animi labor est: hebeo. iam † ceteri dicant †!
talìa fatus, abit.

[...]

stant duo diversis pugnancia numina telis
ante toros, Perdica, tuos: Amor hinc, Pudor inde.
inde Cupido monet secreta referre furoris,
inde Pudor prohibet vocis exordia rumpi;

[...]

Interea matrem nati nova cura premebat
multaque quaerenti placuit sententia talis,
matronas omnes totis e moenibus urbis
ad propriam † venire † domum, si quis vigor illic
aut species in lustris erat vel forilla (forma) superba,
quae proprio iuvenem statuisset amore gravare.
hoc visum placitum matri, non distulit ultra.

[...]

'pro dolor, o superi! defecerat altera forma:
mater amanda fuit.' 'sed vincere certa furorem (erat)
quaerendo vultus, liceat quos iure tenere.'
'hoc etiam voluisse nefas (fuit).'

[...]

fatusque coerces;
detorsit fessos artus et languida membra

Al giovane (Perdica) vengono meno un po' per volta le forti membra e il sangue che alimenta tutti gli arti, si riduce; e infatti non vuole né l'acqua né il pane né il nutrimento dei cibi. Allora il tributo di lode della pietà materna mosse anche la madre triste e preoccupata, chiamò le ancelle presso di lei e comandò di cercare le arti della medicina, di condurre a sé i primi che per caso ci fossero. Eseguono veloci gli ordini: i maestri di vita arrivarono e passate le porte e tentando le stanze nascoste trovano il giovane gravato dall'ultima sciagura e subito chiedono quale fosse la causa dell'affaticamento; Dopo è visitato il cuore; ma questo e la pulsazione risulta regolare: dicono che le cause del corpo ammalato non partono di lì. e il

fegato e le sedi della milza sono palpate e la dimora del fiele oscuro che si deve temere: sono tutti sani, distribuiti attraverso la propria dimora, sono tutti a posto in sintonia con la propria vita, ma una tempesta funesta nascondendosi nella mente devastava nel cuore le adunanze nascoste. Ippocrate, che si era presentato per caso là (ormai) vecchio e aveva acquistato una durevole esperienza con la lunghezza della vita, si fermò e tra sé disse con parole sagge: Che cosa nascondi, o medicina? Dona l'intelligenza a chi te lo chiede. Questi non possiede più il calore, non è animato (da "mino") nè dal cuore nè dalla vita (infatti le parti sacre, da cui ogni vita è animata, sembrano discordare così che si sciogliono gli elementi costitutivi che compongono l'uomo, mentre questi quattro sono legati). Il suo interno risonando non impedisce un libero respiro; le membrane intestinali non impediscono attraverso i visceri distesi le giuste posizioni; non le linee del polmone in movimento respirano affannosamente chiuse dal catarro; non gli intestini spinti alle costole determinano brutti dolori se spesso sono stati pressati; non piace solo la bocca poiché i respiri sono lunghi. Parlando così scruta i segreti della forze indebolite. La madre entra. Allora lei che fu pronta in movimenti leggeri e lenti verso chi teneva davanti, attende con impegno alle parti toccate facendo vibrare sconvenientemente le dita, facendo rivelare così l'empietà del cuore. Grande tra gli uomini Ippocrate vede i pensieri che furono chiusi nel cuore e con queste parole redarguisce la misera madre: "o madre, tu stai dietro alla causa; cessi pure l'opera della medicina; Questa è una sofferenza del cuore: Non posso farci più nulla. Tutti gli altri lo confermino! Dopo aver detto tali cose se ne va. Stanno davanti alle tue forze, o Perdica, due numi che combattono con armi differenti: di qui l'amore, di là il pudore. Di qui Cupido ti spinge a rivelare i segreti della passione, di là il Pudore ti proibisce che gli esordi della parola siano aperti. Frattanto una nuova preoccupazione per il figlio incalzava la madre e questo parere piacque a lei che era alla ricerca di molte risposte, che tutte le matrone venissero alla sua casa da tutte le mura della città, se c'era qualche forza di lì, o rivelazione nei sacrifici, o una bellezza superba che avesse stabilito di far soffrire il giovane con il proprio amore. Non rimandò oltre questo parere, gradito a lei madre.

Ah dolore, o dei superni! era venuta meno la seconda possibilità: fu costretto ad amare la madre. Ma era certa di vincere la passione (del figlio) richiedendo le immagini che a buon diritto gli (al figlio) sarebbe lecito possedere. Anche aver voluto ciò fu una disgrazia. E il Fato incalza; ha deformato gli arti stanchi e le membra distrutte.

BOCCACCIO

De mulieribus Claris, XCVII, Boccaccio. De Proba Faltonia Betitia Adelphi coniuge.

Hec igitur, sub quocunque preceptore factum sit, liberalibus artibus valuisse liquido potest percipi.

Verum, inter alia eius studia, adeo pervigili cura virgiliani carminis docta atque familiaris effecta est, ut, fere omni opere a se confecto teste, in conspectu et memoria semper habuisse videatur.

Que dum forsán aliquando perspicaciori animadvertentia legeret in existimationem incidit ex illis omnem Testamenti Veteris hystoriam et Novi seriem placido atque expedito et succipleno versu posse describi.

Non equidem admiratione caret tam sublimem considerationem muliebri subintrasse cerebrum, sed longe mirabile fuit executioni mandasse.

Operam igitur pio conceptui prestans, nunc huc nunc illuc per buccolicum georgicumque atque eneidum saltim discurrendo carmen, nunc hac ex parte versus integros nunc ex illa metrorum particulas carpens, miro artificio in suum redegit propositum, adeo apte integros collocans et fragmenta connectens, servata lege pedum et carminis dignitate, ut nisi expertissimus compages possit advertere;

et his ab orbis exordio principium faciens, (OMNIA QUAE) quicquid hystorie in Veteribus atque Novis legitur Literis usque ad inmissionem Sacri Spiritus tam compe composuit, ut huius compositi ignarus homo prophetam pariter et evangelistam facile credat fuisse Virgilium.

Ex quibus non minus commendabile summitur: huic scilicet mulieri sacrorum voluminum integram seu satis plenam fuisse notitiam; (hoc) quod quam raris etiam hominibus nostro contingat evo dolentes novimus.”

LATINO LITURGICO

TE DEUM

Te Deum laudamus:
te Dominum confitemur.
Te aeternum patrem,
omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli,
tibi caeli et universae potestates:
tibi cherubim et seraphim,
incessabili voce proclamant:
"Sanctus, Sanctus, Sanctus
Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt caeli et terra
majestatis gloriae tuae."
Te gloriosus Apostolorum chorus,
te prophetarum laudabilis numerus,
te martyrum candidatus
laudat exercitus.
Te per orbem terrarum
sancta confitetur Ecclesia,
Patrem immensae maiestatis;
venerandum tuum verum et unicum Filium;
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.
Tu rex gloriae, Christe.
Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu, ad liberandum suscepturus hominem,
non horruisti Virginis uterum.
Tu, devicto mortis aculeo,
aperuisti credentibus regna caelorum.
Tu ad dexteram Dei sedes,
in gloria Patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni,
quos pretioso sanguine redemisti.

Aeterna fac
cum sanctis tuis in gloria numerari.
Salvum fac populum tuum, Domine,
et benedic hereditati tuae
Et rege eos,
et extolle illos usque in aeternum.
Per singulos dies benedicimus te;
et laudamus nomen tuum in saeculum,
et in saeculum saeculi.
Dignare, Domine, die isto
sine peccato nos custodire.
Miserere nostri, Domine,
miserere nostri.
Fiat misericordia tua, Domine, super nos,
quem ad modum speravimus in te.
In te, Domine, speravi:
non confundar in aeternum.

Veni, Sancte Spíritus

Veni, Sancte Spíritus,
et emítte cáelitus
lucis tuæ rádiu.
Veni, pater páuperum,
veni, dator múnerum,
veni, lumen córdium.
Consolátor óptime,
dulcis hospes ánimæ,
dulce refrigériu.
In labóre réquies,
in æstu tempéries,

in fletu solácium.

O lux beatíssima,
reple cordis íntima
tuórum fidélium.

Sine tuo númine,
nihil est in hómine
nihil est innóxium.

Lava quod est sórdidum,
riga quod est áridum,
sana quod est sáucium.

Flecte quod est rígidum,
fove quod est frígidum,
rege quod est dévium.

Da tuis fidélibus,
in te confidéntibus,
sacrum septenárium.

Da virtútis méritum,
da salútis éxitum,
da perénne gáudium.

Acta Martyrum Scillitanorum

1. **Praesente bis et Claudiano consulibus, XVI Kalendas Augustas, Kartagine in secretario, inpositis Sperato, Nartzalo et Cittino, Donata, Secunda, Vestia, Saturninus proconsul dixit:**

potestis indulgentiam domni nostri imperatoris promereri, si ad bonam mentem redeatis.

2. Speratus dixit; numquam malefecimus, iniquitati nullam operam praebuimus; numquam malediximus, sed male accepti gratias egimus; propter quod imperatorem nostrum observamus.

3. Saturninus proconsul dixit: Et nos religiosi sumus, et simplex est religio nostra, et iuramus per genium domni nostri imperatoris et pro salute eius supplicamus, quod et vos quoque facere debetis.

4. Speratus dixit: Si tranquillas praebueris aures tuas, dico mysterium simplicitatis.

5. Saturninus dixit: Initianti tibi mala de sacris nostris aures non praebebo; sed potius iura per genium domni nostri imperatoris.

6. Speratus dixit: Ego imperium huius seculi non cognosco; sed magis illi Deo servio, quem nemo hominum vidit nec videre his oculis potest, furtum non feci; sed si quid emero, teloneum reddo: quia cognosco domnum meum, regem regum et imperatorem omnium gentium.

7. Saturninus proconsul dixit ceteris: Desinite huius esse persuasionis.

Speratus dixit: Mala est persuasio homicidium facere, falsum testimonium dicere.

8. Saturninus proconsul dixit: Nolite huius dementiae esse participes.

Cittinus dixit: Nos non habemus alium quem timeamus, nisi domnum Deum nostrum qui est in caelis.

9. Donata dixit: Honorem Caesari quasi Caesari; timorem autem Deo. Vestia dixit: Christiana sum. Secunda dixit: Quod sum, ipsud volo esse.

10. Saturninus proconsul Sperato dixit: Perseveras Christianus? Speratus dixit: Christianus sum; Et cum eo omnes consenserunt.

11. Saturninus proconsul dixit: Numquid ad deliberandum spatium vultis? Speratus dixit: In re tam iusta nulla est deliberatio.

12. Saturninus proconsul dixit: Quae sunt res in capsula vestra? Speratus dixit: Libri et epistulae Pauli viri iusti.

13. Saturninus proconsul dixit: Moram XXX dierum habete et recordemini, Speratus iterum dixit: Christianus sum; et cum eo omnes consenserunt,

14. Saturninus proconsul decretum ex tabella recitavit: **Speratum, Nartzalum, Cittinum, Donatum, Vestiam, Secundam et ceteros ritu Christiano se vivere confessos, quoniam, oblata sibi facultate ad Romanorum morem redeundi, obstinanter perseveraverunt, gladio animadverti placet.**

15. Speratus dixit: Deo gratias agimus. Nartzalus dixit: Hodie martyres in caelis sumus: Deo gratias.

16. Saturninus proconsul per praeconem dici iussit: Speratum, Nartzalum, Cittinum, Veturium, Felicem, Aquilinum, Laetantium, Ianuariam, Generosam, Vestiam, Donatam, Secundam duci iussit.

17. Universi dixerunt: Deo gratias. Et ita omnes simul martyrio coronati sunt, et regnant cum Patre et Filio et Spiritu Sancto per omnia secula seculorum, amen.

AGOSTINO: SERMO 207 IN QUADRAGESIMA

Quae (misericordia) maior esse potuit misericordia Domini?

1. In adiutorio misericordiae Domini Dei nostri, tentationes saeculi, insidiae diaboli, mundi labor, carnis illecebra, turbulentorum temporum fluctus, et corporalis omnis atque spiritalis adversitas, eleemosynis, et ieiuniis, atque orationibus superandae sunt.

Haec cum per totam vitam fervere debeant christiano, tum maxime (debent fervere) propinquante solemnitatem Paschali, quae suo reditu anniversario nostras excitat mentes, innovans in eis memoria salutari, quod Dominus noster unicus Dei Filius misericordiam praestitit nobis, ieiunavit oravitque pro nobis.

"Eleemosyna" quippe graece, "misericordia" est.

Quae autem maior esse misericordia super miseros potuit, quam illa quae coeli creatorem de coelo deposuit, et terreno corpore terrae induit conditorem; eum qui in aeternitate Patris manet aequalis, mortalitate coaequavit et nobis, formam servi, mundi Domino imposuit, (ita) ut ipse panis esuriret, satietas sitiret, virtus infirmaretur, sanitas vulneraretur, vita moreretur?

Hoc autem (accidit), ut nostra pasceretur fames, rigaretur ariditas, consolaretur infirmitas, exstingueretur iniquitas, ardesceret caritas.

Quae maior misericordia (est), quam (Deus statuit) creari creatorem, servire dominatorem, vendi redemptorem, humiliari exaltatorem, occidi suscitorem?

Nobis de praebendis eleemosynis praecipitur ut panem demus esurienti; ille, se ipsum ut nobis daret esurientibus, prius pro nobis se tradidit saevientibus.

Praecipitur nobis ut peregrinum recipiamus: ille pro nobis in sua propria venit, et sui eum non receperunt.

Ipsam denique benedicat anima nostra, qui propitius fit omnibus iniquitatibus eius, qui sanat omnes languores eius, qui redimit de corruptione vitam eius, qui eam coronat in miseratione et misericordia: qui satiat in bonis desiderium eius.

Exerceamus itaque eleemosynas nostras tanto impensius, tantoque frequentius, quanto propinquior fit dies qua nobis praerogata eleemosyna celebratur, quia ieiunium sine misericordia ei nihil est qui ieiunat.

Minuendae voluptates (sunt), non mutandae.

Ieiunemus etiam humiliantes animas nostras, appropinquante die quo magister humilitatis humiliavit semetipsum, factus subditus usque ad mortem crucis ¹⁰.

Imitemur eius crucem, abstinentiae clavis edomitas concupiscentias configentes.

Castigemus corpus nostrum, et servituti subiiciamus ¹¹:

et ne per indomitam carnem ad illicita prolabamur, in ea domanda aliquantum et licita subtrahamus.

Crapula et ebrietas etiam per dies caeteros devitanda (sunt): per hos autem dies etiam concessa prandia removenda (sunt).

Adulteria et fornicationes ¹² semper execranda atque fugienda (sunt):

his autem diebus et a coniugibus temperandum est.

Facile tibi obtemperabit caro, ne inhaereat alienis, quae refrenari consueverit et a suis.

Sane cavendum est ne mutas, non minuas voluptates.

Videas enim quosdam pro usitato vino, inusitados liquores exquirere, et aliorum expressione pomorum, quod ex uva (poma) sibi denegant, multo suavius compensare; cibos extra carnes multiplici varietate ac iucunditate conquirere; et suavitates quas alio tempore consecrari pudet, huic tempori quasi opportune colligere, (ita) ut videlicet observatio Quadragesimae non sit veterum concupiscentiarum repressio, sed novarum deliciarum occasio.

Haec, fratres, ne vobis persuasa subreant, quanta potestis vigilantia providete.

Parsimonia ieiuniis coniungatur.

Sicut ventris castiganda (est) saturitas, ita gulae irritamenta (nobis) cavenda sunt.

Non humanorum alimentorum genera detestanda (sunt), sed carnalis est delectatio refrenanda.

Esau non pingui vitulo vel volatilibus saginatis, sed immoderate concupita lenticula reprobatus est.

Sanctum David aquam plus iusto desiderasse poenituit .

Non operosis ergo neque pretiosis, sed in promptu et positis quibusque vilioribus alimentis **est corpus** a ieiunio **reficiendum**, vel potius **fulciendum** (est).

Semper ieiunet ab odio, semper dilectione pascatur oratio.

His diebus adminiculis piarum eleemosynarum et frugalium ieiuniorum oratio nostra in superna sustollitur, quia nec impudenter a Deo misericordia petitur, cum (misericordia) ab homine homini non negatur, nec serena cordis petentis intentio carnalium voluptatum phantasmatis nubilis impeditur.

Sit autem oratio casta, ne forte non (hoc) quod caritas (quaerit), sed quod cupiditas quaerit, optemus, ne inimicis mali aliquid imprececur, ne in (eos) quos nocendo vel vindicando non possumus (saevire), orando saeviamus.

Certe sicut nos apti efficimur ad orandum eleemosynis et ieiuniis, sic et ipsa nostra oratio facit eleemosynas, cum dirigitur atque profunditur, non pro amicis tantum, verum etiam pro inimicis, et ieiunat ab ira et odio et a perniciosissimis vitiis.

Si enim nos ieiunamus a cibis, quanto potius illa (ieiunat) a venenis?

Denique nos debitis opportunisque temporibus alimentorum perceptione reficimur: nunquam illam escis talibus oblectemus.

Perpetua suscipiat ista ieiunia, quia est illi cibus proprius, quem sumere sine intermissione praecipitur.

Semper ergo ieiunet ab odio, semper dilectione pascatur.

BENEDETTO, Regola (prologus)

Obsculta, o fili, præcepta magistri, et inclina aurem cordis tui et admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter comple, ut ad eum per oboedientiæ laborem redeas, a quo per inoboedientiæ desidiam recesseras.

Ad te ergo nunc mihi sermo dirigitur, quisquis (es), abrenuntians propriis voluntatibus, Domino Christo vero Regi militaturus, oboedientiæ fortissima atque præclara arma sumis, in primis ut, quidquid agendum (esse) inchoas bonum, ab eo perfici instantissima oratione deposcas, (ita) ut (is) qui nos iam in filiorum dignatus est numero computare, non debet (debeat) aliquando de malis actibus nostris contristari.

Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est ut non solum iratus pater suos non aliquando filios exheredet, sed nec, ut metuendus dominus inritatus a malis nostris, ut nequissimos servos, perpetuam tradat ad poenam (eos) qui eum sequi noluerint ad gloriam.

Exurgamus ergo tandem aliquando, excitante nos Scriptura ac dicente:

Hora est iam nos de somno surgere, et, apertis oculis nostris ad deificum lumen, adtonitis auribus audiamus divina cotidie clamans quid nos admonet (admoneat) vox dicens:

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Et iterum (dicit):

(Is) qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat ecclesiis.

Et quid dicit?

Venite, filii, audite me; timorem Dei docebo vos. Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant.

[...] **Constituenda est ergo nobis dominici scola servitii; in qua institutione nihil asperum, nihil grave nos constituturos (esse) speramus; sed et si quid paululum restrictius, dictante æquitatis ratione, propter emendationem vitiorum vel conservationem caritatis processerit, non ilico** (di lì) **pavore perterritus refugias viam salutis, quæ non est nisi angusto initio incipienda.**

Processu vero conversationis et fidei, dilatato corde inenarrabili dilectionis dulcedine, curritur via mandatorum Dei, (ita) ut ab ipsius numquam magisterio discedentes, in eius doctrinam usque ad mortem in monasterio perseverantes, passionibus Christi per patientiam participemur, ut et regno eius mereamur esse consortes. Amen.

SALMO 50

Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam
et secundum multitudinem miserationum tuarum,
dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea,
et a peccato meo munda me,
quoniam iniquitatem meam ego cognosco,
et peccatum meum contra me est semper.

Tibi, tibi soli peccavi,
et malum coram te feci,
ut justificeris in sermonibus tuis,
et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum,
et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti:
incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor;
lavabis me, et super nivem dealabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam,
et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis,
et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus,
et sp̄ritum rectum ìnova in visc̄eribus meis.
Ne proicias me a f̄acie tua,
et Sp̄ritum sanctum tuum ne àuferas a me.
Redde mihi laet̄itiam salut̄aris tui,
et sp̄ritu princip̄ali confirma me.
Doc̄ebo iniquos vias tuas, et ìmpii ad te convert̄entur.
Lìbera me de sanguinibus, Deus, Deus salut̄is meae: et exsult̄abit lingua mea just̄itiam tuam.
Dòmine, làbia mea ap̄eries,
et os meum annuntīabit làudem tuam,
quònam, si voluisses sacrificium, dedissem ùtique,
(quoniam) holoc̄austis, si òffero, non delect̄aberis.
Sacrificium Deo (est) sp̄ritus contribul̄atus:
cor contritum et humilīatum,
Deus, non desp̄icies.
Benìgne fac, Dòmine, in bona volunt̄ate tua Sion,
ut aedific̄entur muri Hier̄usalem.
Tunc accept̄abis sacrificium just̄itiae,
oblatiònes et holoc̄austa;
tunc imp̄onent super alt̄are tuum vitulos **es irae, dies illa (Tommaso da Celano)**

Dies irae

Dies irae, dies illa
solvat saeculum in favilla:
teste David cum Sibylla.

Quantus tremor est futurus,
quando iudex est venturus,
cuncta stricte discussurus!

Tuba mirum spargens sonum
per sepulcra regionum,
coget omnes ante thronum.

Mors stupebit et natura,
cum resurget creatura,
judicanti responsura.

Liber scriptus proferetur,
in quo totum continetur,
unde mundus judicetur.

Judex ergo cum sedebit,
quidquid latet apparebit:
nihil inultum remanebit.

Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus,
cum vix justus sit securus?

Rex tremendae majestatis,
qui salvandos salvas gratis,
salva me fons pietatis.

Recordare, Jesu pie,
quod sum causa tuae viae:
ne me perdas illa die.

Quaerens me, sedisti lassus:
redemisti Crucem passus:
tantus labor non sit cassus.

Iuste iudex ultionis,
donum fac remissionis
ante diem rationis.

Ingemisco, tamquam reus:
culpa rubet vultus meus:
supplici parce, Deus.

(Tu) Qui Mariam absolvisti,
et latronem exaudisti,
mihi quoque spem dedisti.

Preces meae non sunt dignae:
sed tu bonus fac benigne,
ne perenni cremer igne.

Inter oves locum praesta,
et ab haedis me sequestra,
statuens in parte dextra.

Confutatis maledictis,
flammis acerbis addictis:
voca me cum benedictis.

Oro supplex et acclinis,
cor (est) contritum quasi cinis:
gere curam mei finis

quidem suavis gustui, et dulcis gutturi, (ita) ut merito etiam super hoc sponsa proruperit in vocem gratiarum actionis et laudis. 3. Sed quando dicitur: Comedite, amici, et bibite; et inebriamini, charissimi? (Cant. V, 1.) Justi epulentur, ait Propheta, sed in conspectu Dei (Psal. LXVII, 4), utique non in umbra. Et de se ipso: Satiabor, ait, cum apparuerit gloria tua (Psal. XVI, 15). Sed et Dominus ad apostolos ait: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis; et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam (Luc. XXII, 28-30). Sed ubi? In regno meo, inquit. Beatus plane qui manducabit panem in regno Dei. Sanctificetur itaque nomen tuum, per quod utcunque interim in nobis es, Domine, per fidem in cordibus habitans, quoniam nomen tuum jam invocatum est super nos. Adveniat regnum tuum. Veniat utique quod perfectum est, et evacuetur quod est ex parte. Habetis, ait Apostolus, fructum vestrum in sanctificationem, (habetis) finem vero vitam aeternam (Rom. VI, 22). Vita aeterna, fons indeficiens, qui universam irrigat superficiem paradisi. Nec modo irrigat, sed inebriat, fons hortorum, puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano: et fluminis impetus laetificat civitatem Dei. Quis (est) vero fons vitae, nisi Christus Dominus? Cum Christus, inquit, apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria (Coloss. III, 4). Sane ipsa sese plenitudo exinanivit, ut fieret nobis justitia, et sanctificatio, et remissio; necdum apparens vita, aut gloria, aut beatitudo. Derivatus est fons (tuus) usque ad nos, in plateis derivatae sunt aquae, licet non bibat alienus ex eis (Prov. V, 16, 17). Descendit per aquaeductum vena illa coelestis, non tamen fontis exhibens copiam, sed stillicidia gratiae arentibus cordibus nostris infundens, aliis quidem plus, aliis minus. Plenus equidem aquaeductus, ut accipiant caeteri de plenitudine, sed non plenitudinem ipsam. 4. Advertistis jam, ni fallor, quem velim dicere aquaeductum, qui plenitudinem fontis ipsius de corde Patris excipiens, **nobis edidit illum, si non prout (secundo che.. come, in quanto) est, saltem prout capere poteramus**. Nostis enim cui dictum sit: Ave, gratia plena. An vero inveniri potuisse miramur, unde talis ac tantus fieret aquaeductus, cujus nimirum summitas, instar profecto scalae illius quam vidit patriarcha Jacob, coelos tangeret (Gen. XXVIII, 12), im(m)o et transcenderet coelos, et vividissimum istum aquarum, quae super coelos sunt, posset attingere fontem? Mirabatur et Salomon, et velut desperanti similis aiebat: Mulierem fortem quis inveniet? (Prov. XXXI, 10.) Nimirum propterea tanto tempore humano generi fluenta gratiae defuerunt, quod necdum intercederet is, de quo loquimur, tam desiderabilis aquaeductus. Nec mirabere diutius expectatum, si recordaris, quot annis Noe, vir justus, in arcae fabrica laboravit, in qua paucae, id est octo animae, salvae factae sunt, idque satis ad modicum tempus. 5. Sed quomodo noster hic aquaeductus fontem illum attigit tam sublimem? Quomodo putas, nisi vehementia desiderii, nisi fervore devotionis, nisi puritate orationis? sicut scriptum est: Oratio justi penetrat coelos (Eccli. XXXV, 21). Et quis justus, si non Maria justa, de qua sol justitiae ortus est nobis? Quomodo ergo illa inaccessam attigit majestatem, nisi pulsando, petendo, quaerendo? Denique et quod quaerebat invenit, cui dictum est: Invenisti gratiam apud Deum (Luc. I, 30). Quid? plena est gratia, et gratiam adhuc invenit? Digna prorsus invenire quod quaerit, cui propria non sufficit plenitudo, nec suo potest esse contenta bono; sed, quemadmodum scriptum est: Qui bibit me, adhuc sitiet (Eccli. XXIV,

20); petit supereffluentiam ad salutem universitatis. Spiritus sanctus, ait, superveniet in te (Luc. I, 35), et pretiosum illud balsamum tanta tibi copia, tantaque plenitudine influet, ut copiosissime effluat. circumquaque. Ita est: jam sentimus, jam exhilarantur facies nostrae in oleo. Jam clamamus: Oleum effusum (habet) nomen tuum, et memoriale tuum in generatione et generationem. Verum id quidem non in vanum: et si oleum effunditur, sed non perit. Propterea siquidem et adolescentulae, parvulae scilicet animae, sponsum diligunt (Cant. I, 2), idque non parum; et unguentum descendens de capite, non modo barba, sed et ipsa vestimenti ora suscepit. 6. Intuere, o homo, consilium Dei, agnosce consilium sapientiae, consilium pietatis. Coelesti rore aream rigaturus, totum vellus prius infudit (Jud. VI, 37-40): redempturus humanum genus, pretium universum contulit in Mariam. Utquid hoc? Forte ut excusaretur Eva per filiam, et querela viri adversus feminam deinceps sopiretur. Ne dixeris ultra, o Adam: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vetito (Gen. III, 12); dic potius: Mulier quam dedisti mihi, me cibavit fructu benedicto. Piissimum sane consilium; sed latet forsitan aliud, nec totum hoc est. Verum id quidem, sed parum est, ni fallor, desiderii vestris. Dulcedo lactis est; elicietur forte, si fortius premimus, et pinguedo butyri (est). Altius ergo intueamini, quanto devotionis affectu a nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria: ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiae, si quid salutis, ab ea noverimus redundare, quae ascendit deliciis affluens. Hortus plane deliciarum, quem non modo afflaverit veniens, sed et perflaverit superveniens auster ille divinus, (ita) ut undique fluant et effluant aromata ejus, charismata scilicet gratiarum. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum: ubi (erit) dies? Tolle Mariam, hanc maris stellam, maris utique magni et spatiosi: quid (erit) nisi caligo involvens, et umbra mortis, ac densissimae tenebrae relinquuntur? 7. Totis ergo medullis cordium, totis praecordiorum affectibus, et votis omnibus Mariam hanc veneremur; quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. Haec, inquam, voluntas ejus est, sed pro nobis. In omnibus siquidem et per omnia providens miseris, trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu territus, ad folia fugiebas; Jesum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur utique pro reverentia sua: Pater enim diligit Filium. An vero trepidas et ad ipsum? Frater tuus est et caro tua, tentatus per omnia absque peccato, ut misericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forsitan et in ipso majestatem vereare divinam, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus. Advocatum habere vis et ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, sed et pura singularitate naturae. Nec dubius dixerim, exaudietur et ipsa pro reverentia sua. Exaudiet utique Matrem Filius, et exaudiet Filium Pater. Filioli, haec peccatorum scala, haec mea maxima fiducia est, haec tota ratio spei meae. Quid enim? potestne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam; non audire, aut non audiri Filius potest? Neutrum plane. Invenisti, ait angelus, gratiam apud Deum. Feliciter. Semper haec inveniet gratiam, et sola est gratia qua egemus. Prudens Virgo non sapientiam, sicut Salomon, non divitias, non honores, non potentiam, sed gratiam requirebat. Nimirum sola est gratia, qua salvamur. 8. Quid nos alia concupiscimus, fratres? Quaeramus gratiam, et per Mariam quaeramus; quia quod quaerit, invenit, et

frustrari non potest. Quaeramus gratiam, sed gratiam apud Deum: nam apud homines gratia fallax. Quaerant alii meritum, nos invenire gratiam studeamus. Quid enim? num gratiae est quod hic sumus? Profecto misericordiae Domini est, quod non sumus consumpti nos. Qui (sumus) nos? Nos parjuri, nos adulteri, nos homicidae, nos raptores, purgamenta utique mundi hujus. Consulite conscientias vestras, fratres, et videte, quia ubi abundavit delictum, superabundat et gratia. Maria non praetendit meritum, sed gratiam quaerit. Denique usque adeo fudit gratiae, et non altum sapit, ut salutationem angelicam vereatur. Maria, inquit, cogitabat qualis esset ista salutatio (Luc. I, 29). Nimirum sese salutatione angelica reputabat indignam. Et forsitan talia meditabatur: Unde hoc mihi, ut veniat angelus Domini mei ad me? Ne timeas, Maria, ne mireris angelum venientem: et major angelo venit. Ne mireris angelum Domini: et Dominus angeli tecum. Postremo, quidni videas angelum, cum jam angelice vivas? quidni visitet angelus vitae sociam? quidni salutet civem sanctorum, et domesticam Dei? Angelica plane vita virginitas: et qui non nubent, neque nubentur, erunt sicut angeli Dei. 9. Videsne quod et hoc nihilominus modo aquaeductus noster ascendit ad fontem; nec sola jam oratione coelos penetrat, sed etiam incorruptione, quae proximum Deo facit, sicut Sapiens ait? (Sap. VI, 20.) Erat enim virgo sancta corpore et spiritu, cui specialiter esset dicere: Conversatio nostra in coelis est (Philipp. III, 20). Sancta inquam, corpore et spiritu, ne quid forsitan super hoc dubites aquaeductu. Sublimis equidem valde, sed nihilominus integerrimus manet. Hortus conclusus, fons signatus, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti. Nec enim est fatua virgo, cui non modo oleum est, sed olei plenitudo in vase recondita. Ascensiones in corde suo disposuit, conversatione pariter, sicuti jam diximus, et oratione ascendens. Denique abiit in montana cum festinatione, et salutavit Elisabeth, et in ministerio ejus erat quasi mensibus tribus, ut jam tunc posset dicere matri mater, quod tanto post filio dixit Filius: Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam (Matth. III, 15). Plane montana conscendens, cujus justitia sicut montes Dei. Tertius enim hic ascensus Virginis fuit, ut funiculus triplex difficile rumperetur. Fervebat siquidem in quaerenda gratia charitas, splendebat in carne virginitas, humilitas in obsequio eminebat. Etenim si omnis qui se humiliat exaltabitur, quid hac humilitate sublimius? Venisse eam mirabatur Elisabeth, et dicebat: Unde hoc (est) mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? (Luc. I, 43.) Sed jam magis miretur, quod instar utique Filii et ipsa non ministrari venerit, sed ministrare. Merito proinde cantor ille divinus in ipsius admiratione praecinens, aiebat: Quae est ista quae ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? (Cant. VI, 9.) Ascendit plane supra humanum genus, ascendit usque ad angelos, sed et ipsos quoque transcendit, et coelestem omnem supergreditur creaturam. Nimirum supra angelos hauriat necesse est, quam refundat hominibus aquam vivam. 10. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virum non cognosco? Vere sancta corpore et spiritu, et integritatem carnis habens, et propositum integritatis. Respondens autem angelus, dixit: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi (Luc. I, 34, 35). Ne me interrogaveris, inquit; supra me est, et non potero ad illud. Spiritus sanctus, non angelicus, superveniet in te; et virtus Altissimi obumbrabit tibi, non ego. Ne steteris vel intra angelos, Virgo sancta; sublimius aliquid tuo sibi ministerio

propinandum terra sitiens praestolatur. Paululum cum pertransieris eos, invenies quem diligit anima tua. Paululum, inquam, non quia non incomparabiliter superemineat, sed quod inter eum et ipsos medium nihil invenias. Transi ergo virtutes et dominationes, cherubin quoque et seraphin, ut ad eum pervenias, de quo vociferantur ad invicem: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth (Isai. VI, 3). Quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei (Luc. I, 35). Fons sapientiae, Verbum Patris in excelsis. Hoc Verbum mediante te caro fiet: ut qui dicit: Ego in Patre, et Pater in me (Joan. XIV, 10); dicat nihilominus, quia ego a Deo processi et veni (Joan. VIII, 42). In principio, inquit, erat Verbum. Jam scatet fons; sed interim tantum in semetipso. Denique et Verbum erat apud Deum (Joan. I, 1), lucem profecto habitans inaccessibilem; et dicebat Dominus ab initio: Ego cogito cogitationes pacis, et non afflictionis (Jerem. XXIX, 11). Sed penes te est cogitatio tua, et quid cogites, nos nescimus. Quis enim cognoverat sensum Domini? aut quis consiliarius ejus erat? Descendit itaque cogitatio pacis in opus pacis: Verbum caro factum est, et habitat jam in nobis. Habitat plane per fidem in cordibus nostris, habitat in memoria nostra, habitat in cogitatione, et usque ad ipsam descendit imaginationem. Quid enim prius cogitaret homo de Deo, nisi forsitan idolum corde fabricaret? 11. Incomprehensibilis erat et inaccessibilis, invisibilis et inexcogitabilis omnino. Nunc vero comprehendi voluit, videri voluit, cogitari voluit. Quonam modo, inquis? Nimirum jacens in praesepio, in virginali gremio cubans, in monte praedicans, in oratione pernoctans, aut in cruce pendens, in morte pallens, liber inter mortuos, et in inferno imperans, seu etiam tertia die resurgens, et apostolis loca clavorum victoriae signa demonstrans, novissime coram eis coeli secreta conscendens. Quid horum non vere, non pie, non sancte cogitatur? Quidquid horum cogito, Deum cogito. et per omnia ipse est Deus meus. Haec ego meditari dixi sapientiam, et prudentiam judicavi eructare memoriam suavitatis, quam in hujusmodi nucleis virga sacerdotalis copiose produxit; quam in supernis hauriens, uberius nobis Maria refudit. In supernis plane, et ultra angelos, quae Verbum ex ipso Patris corde suscepit, ut scriptum est: Dies diei eructat verbum (Psal. XVIII, 3). Utique dies Pater: siquidem dies (est) ex die Salutare Dei (Psal. XCV, 2). An non (est) etiam Virgo dies? Et praeclara. Rutilans plane dies, quae procedit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol. 12. Intuere igitur quemadmodum usque ad angelos plenitudine gratiae, supra angelos superveniente Spiritu sancto pervenit. Est in angelis charitas, est puritas, est humilitas. Quid horum non enituit in Maria? Sed ostensum est superius, ut quidem a nobis ostendi potuit: supereminentiam prosequamur. Cui enim angelorum aliquando dictum est: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei? Denique Veritas de terra orta est, non de angelica creatura: nec angelos, sed semen Abrahae apprehendit. Magnum est angelo ut minister sit Domini; sed Maria sublimius quiddam meruit, ut sit mater. Fecunditas itaque Virginis supereminens gloria est, tantoque excellentior angelis facta (est) munere singulari, quanto differentius prae ministris nomen matris accepit. Hanc invenit gratiam plena jam gratia, (ita) ut charitate fervida, virginitate integra, humilitate devota, fieret nihilominus sine viri cognitione gravida, sine muliebri dolore puerpera. Parum est: quod ex ea natum est, Sanctum vocatur, et est Filius Dei. 13. De reliquo, fratres, curandum

nobis summopere est, ne Verbum, quod de ore Patris ad nos egressum est Virgine mediante, vacuum revertatur: sed per eandem nihilominus Virginem gratiam pro gratia referamus. Eructemus memoriam, donec praesentiam suspiramus, et suae reddantur origini fluenta gratiae, ut uberius fluant. Alioquin nisi ad fontem redeant, exsiccantur, et infideles in modico, quod maximum est accipere non meremur. Modicum (est) plane memoria ad praesentiam, modicum ad id quod cupimus, magnum ad id quod meremur: longe infra desiderium, sed nihilominus supra meritum. Sapienter proinde sponsa et pro hoc modico non modice gratulatur <alias, gloriatur>. Cum enim dixisset: Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie (Cant. I, 6); recipiens exigua pro immensis, et pro pastu meridiano libans sacrificium vespertinum, minime tamen, ut solet fieri, murmurat aut tristatur, sed gratias agit, et in omnibus sese exhibet devotiorem. Novit enim quod si fidelis fuerit in umbra memoriae, lucem praesentiae sine dubio obtinebit. Itaque, qui reminiscimini Domini, ne taceatis, et ne detis silentium. Nimirum qui praesentem habent Dominum, exhortatione non indigent: et quod ait Propheta alius: Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion (Psal. CXLVII, 1), congratulationis est potius, quam commonitionis. Qui in fide ambulant, egent admonitione ne taceant, et ne dederint silentium ei. Loquitur enim, et loquitur pacem in plebem suam, et super sanctos suos, et in eos qui convertuntur ad cor. Caeterum cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris (Psal. XVII, 26): et audientem sese audiet, et loquenti sibi loquetur. Alioquin silentium ei dedisti si taceas. Sed unde si taceas? A laude. Ne taceatis, inquit, et ne detis silentium ei, donec stabiliat, et donec ponat Jerusalem laudem in terra (Isai. LXII, 6, 7). Laus Jerusalem, jucunda et decora laudatio. Nisi forte angelos cives Jerusalem mutuis opinamur laudibus delectari, et decipere de vanitate in idipsum. 14. Fiat voluntas tua, Pater, sicut in coelo et in terra, ut laus Jerusalem stabiliatur in terra. Quid enim modo est? Non quaerit angelus ab angelo gloriam in Jerusalem, et homo ab homine laudari cupit in terra? Exsecranda perversitas! sed eorum sit, qui ignorantiam Dei habent, qui obliti sunt Domini Dei sui. Vos qui reminiscimini Domini, ne taceatis a laude ejus, donec stabiliatur et perficiatur in terra. Est enim silentium irreprehensibile, imo et laudabile magis. Est et sermo non bonus. Alioquin non diceret propheta, bonum esse homini praestolari cum silentio Salutare Dei (Thren. III, 26). Bonum silentium a jactantia, bonum a blasphemia, bonum a murmure et defractione. Alius enim ob laboris magnitudinem et pondus diei exasperatus, animo murmurat; et dijudicat eos qui pro anima sua pervigilant, tanquam reddituri utique rationem. Clamor est, sed supra omne silentium clamor iste animi obdurati silere facit, quam audiri non patitur, vocem verbi. Alius pusillanimitate spiritus in exspectatione deficit: pessimumque hoc verbum blasphemiae est, quod nec in hoc saeculo remittitur, nec in futuro. Tertius in magnis ambulat, et in mirabilibus super se, dicens: Manus nostra excelsa; putans se aliquid esse, cum nihil sit. Quid loqueretur huic, qui loquitur pacem? Dicit enim: Quia dives sum, et nullius egeo. Porro Veritatis sententia est: Vae vobis divitibus, quia habetis hic consolationem vestram (Luc. VI, 24). Contra vero: Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur (Matth. V, 5). Sileat ergo in nobis lingua maledica, lingua blasphema, lingua magniloqua; quoniam bonum est in hoc triplici silentio Salutare Domini praestolari, ut dicas: Loquere, Domine, quia audit servus tuus (I Reg. III, 10). Ejusmodi quippe

voces non ad eum sunt, sed adversus eum, sicut legislator murmurantibus ait: Non enim contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum (Exod. XVI, 8). 15. Ita tamen ab his taceas, ne omnino taceas, ne dederis silentium ei. Loquere illi contra jactantiam in confessione, ut obtineas veniam de praeteritis. Loquere in gratiarum actione contra murmurationem, ut ampliorem invenias gratiam in praesenti. Loquere in oratione contra diffidentiam, ut consequaris et gloriam in futuro. Confitere, inquam, praeterita, et pro praesentibus gratias age, ac deinceps ora studiosius pro futuris: ut ne ipse quidem sileat a remissione, ab immissione, a promissione. Ne taceas, inquam, et ne dederis silentium ei. Loquere, ut et ipse loquatur, et dicere possis: Dilectus meus mihi, et ego illi (Cant. II, 16). Jucunda vox, et eloquium dulce. Nimirum non vox murmuris haec, sed vox turturis est. Et ne dixeris: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? (Psal. CXXXVI, 4.) Non jam aliena reputabitur, de qua sponsus ait: Vox turturis audita est in terra nostra. Audierat enim dicentem: Capite nobis vulpes parvulas (Cant. II, 12, 15): et forte ex eo in vocem exultationis erupit, ut diceret: Dilectus meus mihi, et ego illi. Plane vox turturis, quae tam viventi, quam mortuo, singulari utique castimonia, suo compari perseverat, ut eam neque mors, neque vita a Christi separet charitate. Intuere etenim, utrumnam aliquid hunc dilectum avertere potuerit a dilecta, quominus ei et peccanti, et aversae perseveraret. Glomeratae nubes radios offundere contendebant, ut iniquitates nostrae separarent inter nos et Deum: sed incaluit <alias, invaluit> sol, et universa dissolvit. Alioquin quando rediisses ad eum, nisi ille tibi perseverasset, nisi clamasset: Revertere, revertere, Sunamitis; revertere, revertere, ut intueamur te? (Cant. VI, 12.) Esto ergo illi et tu nihilominus perseverans, ut nullis ab eo flagellis aut laboribus avertaris. 16. Luctare cum angelo, ne succumbas; quia regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. An non lucta, dilectus meus mihi, et ego illi? (Matth. XI, 12.) Notam fecit dilectionem suam; experiatur et tuam. In multis enim tentat te Dominus Deus tuus. Declinat saepius, avertit faciem, sed non in ira. Probationis istud est, non reprobationis. Sustinuit te dilectus; sustine tu dilectum, sustine Dominum, viriliter age. Nom illum vicere peccata tua; te quoque ipsius flagella non superent, et obtinebis benedictionem. Sed quando? Cum aurora fuerit, cum aspiraverit jam dies, cum stabilierit Jerusalem laudem in terra. Ecce, inquit, vir luctabatur cum Jacob usque mane (Gen. XXXII, 24). Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia speravi in te, Domine. Non tacebo, nec dabo tibi silentium usque mane; utinam nec jejunium. Nimirum dignaris et pasci, sed inter lilia. Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia. Nimirum et supra, si meministi, in eodem Cantico evidenter expressum est, quod florum apparitio turturis comitetur auditum. Sed attende, quod locum, non cibum indicare videtur; nec quibus pascitur exprimit, sed inter quae. Forte enim non cibo, sed consortio pascitur liliorum; nec liliis vescitur, sed versatur. Nimirum odore potius quam sapore lilia placent; et visui magis sunt apta quam esui. 17. Ita ergo pascitur inter lilia, donec aspiret dies, et venustati florum fructuum succedat ubertas. Interim <alias, ita> quippe florum, non fructuum tempus est, dum in spe magis, quam in re sumus; et per fidem, non per speciem ambulantes, exspectatione magis quam experientia gratulamur. Considera denique floris teneritudinem, et memento verbi, quod ait Apostolus, quia habemus thesaurum istum in vasis fictilibus (II Cor. IV, 7). Quanta enim videntur imminere

pericula floribus! Quam facile spinarum aculeis liliū perforatur! Merito proinde canit dilectus: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias (Cant. II, 2). An non erat liliū inter spinas, qui dicebat: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus? (Psal. CXIX, 7.) Caeterum etsi justus germinat sicut liliū, sed non ad liliū sponsus pascitur, nec in singularitate complacet sibi. Audi denique inter lilia commorantem. Ubi, inquit, duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum (Matth. XVIII, 2). Amat semper media Jesus, diverticula semper et reclinatoria reprobat Filius hominis, Dei et hominum mediator. Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia. Curemus habere lilia, fratres, extirpare spinas et tribulos, et inserere lilia festinemus: si quando forte et ad nos pascendus dignetur dilectus descendere. 18. Apud Mariam utique pascebatur, idque copiosius pro multitudine liliorum. An non lilia virginitatis decus, humilitatis insigne, supereminentia charitatis? Erunt tamen et nobis lilia, quamvis inferiora valde: sed ne inter haec quidem dedignabitur pasci sponsus; siquidem eas, quas praediximus, actiones gratiarum devotionis hilaritas illustraverit, orationem intentionis puritas candidaverit, confessionem indulgentia dealbaverit, sicut scriptum est: Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt (Isai. I, 18). Caeterum quidquid illud est, quod offerre paras, Mariae commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratiae gratia redeat quo influxit. Neque enim impotens erat Deus, et sine hoc aquaeductu infundere gratiam, prout vellet; sed tibi vehiculum voluit providere. Forte enim manus tuae, aut sanguine plenae, aut infectae muneribus, quod non eas ab omni munere excussisti. Ideoque <alias, itaque> modicum istud quod offerre desideras, gratissimis illis et omni acceptione dignissimis Mariae manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam. Nimirum candidissima quaedam lilia sunt: nec causabitur ille liliorum amator inter lilia non inventum, quidquid illud sit quod inter Mariae manus invenerit. Amen.

INDICE

CICERONE

<i>Tusculanae Disputationes</i> 1,3-4: Le arti e i Romani antichi	1
<i>Tusculanae Disputationes</i> 1,7-8: Come sono nate le Tuscolane	2
<i>Tusculanae Disputationes</i> , I, 42: Fortezza d'animo degli Spartani di fronte alla morte	2
<i>Tusculanae Disputationes</i> , V, 27, 77-78: Esempi di fermezza di fronte al dolore	3
<i>Tusculanae Disputationes</i> , V,32: Disprezzo per le ricchezze	4
<i>Tusculanae Disputationes</i> , V, 34: L'appetito è il migliore dei condimenti	5
<i>Tusculanae Disputationes</i> , V, 62: La spada di Damocle	6
<i>Pro Sextio</i> , 19,20: Cicerone giustifica la sua condotta nei riguardi del tribuno Clodio	6
<i>Pro Sextio</i> , 25: Saggezza romana sul supplizio dei parricidi	7
<i>Pro Sextio</i> , 26: La barbarie è vis, la civiltà è ius	7
<i>Cato Maior, De Senectute XVI</i> : Fortunati gli antichi che passavano la vita in campagna	8
<i>Cato Maior de senectute</i> 83,84: Catone di fronte alla morte	8
<i>De Republica VI (Somnium Scipionis)</i> , 13,14: un sogno di Scipione Africano Minore	8
<i>De Republica VI (Somnium Scipionis)</i> , 24,26; 2,2-3: L'anima dei giusti è condotta in cielo	9
<i>De Officiis</i> , I, 4: Le tendenze naturali dell'uomo	10
<i>De Officiis</i> , II, 41: Origine delle monarchie e delle leggi	11
<i>De Officiis</i> , II, 75,80: Gli uomini di stato devono essere disinteressati	12
<i>De Officiis</i> , III,38: la favola di Gige	14
<i>De Officiis</i> , III, 48-49: Ciò che non è onesto non è neppure utile	14
<i>De Officiis</i> , III, 89: Problemi di morale	15
<i>De Officiis</i> , III, 113: Rettitudine del Senato Romano	16
<i>De legibus</i> , I, 7, 22-23: Inno alla ragione	17
<i>De legibus</i> , I, 10, 18-30: Il diritto coincide con la legge di natura	18
<i>De Legibus</i> I, 43-45: Il diritto naturale	19
<i>De Legibus</i> I, 24-25: Vi è somiglianza tra l'uomo e Dio	20
<i>De Legibus</i> , 2,26: Si devono costruire templi?	21
<i>Pro Archia</i> , 12,1: Gli studi dell'oratore servono anche a difendere gli amici	21
<i>Pro Archia</i> , 14: Valore educativo della letteratura	22
<i>De Divinatione</i> , I, 1-2: La Divinazione presso gli antichi	22
<i>De Divinatione</i> , I, 27: Due sogni straordinari	23
<i>De Divinatione</i> II, 9: E' meglio non conoscere il futuro	24

<i>De divinatione, I, 46: Curiosi presagi</i>	25
<i>De divinatione, I, 50: Spesso i sogni si avverano</i>	26
<i>De divinatione, I, 77: La sconfitta del Trasimeno per il disprezzo degli auspici</i>	26
<i>De Divinatione II, 6-7: La divinazione non ha alcun fondamento</i>	27
<i>Filippiche VI, 1: Cicerone espone al popolo le delibere del senato</i>	28
<i>Filippiche VI,1: Quali erano state le proposte di Cicerone</i>	29
<i>Filippiche VI, II: L'ambasceria ad Antonio si rivelerà inutile</i>	29
<i>Filippiche VI, III: Le previsioni di Cicerone</i>	30
<i>Filippiche VI, III: Antonio è una belva pericolosissima</i>	30
<i>Filippiche VI,IV: Anche Lucio contribuisce a istigarlo</i>	31
<i>Filippiche VI, V: Pettegolezzi a discredito</i>	32
<i>Filippiche VI, VI: Al ritorno degli ambasciatori non ci saranno più dubbi su Antonio</i>	33
<i>Filippiche VI, VII: Cicerone: vigilerò su di voi</i>	33
<i>Filippiche VI, VII: Il popolo romano non può temere la schiavitù</i>	34
<i>Filippiche, VII, 10: Impossibile fare la pace con Antonio</i>	34
<i>Filippiche, X, 2: Il valore della libertà</i>	35
<i>Filippiche V, 42-45: Si conceda l'imperio a Cesare Ottaviano</i>	36
<i>In Verrem, II, 4, 94: Gli scherani di Verre tentano un furto notturno</i>	37
<i>In Verrem, II, 5, 27: Mollezza del pretore Verre</i>	38
<i>In Verrem, II, 8, 9: Un console espone il suo programma di governo</i>	39
<i>In Verrem, II, 11, 2: Rispetto dei Romani per le città vinte</i>	40
<i>In Verrem II, 45: Falsa accusa di Verre per scagionarsi da un furto sacrilego</i>	41
<i>In Verrem, III, 3: Ogni persona onesta è nemica di Verre</i>	42
<i>In Verrem, IV, 54: Umanità di Marcello nel saccheggio di Siracusa</i>	43
<i>Pro Milone 10, 11: Milone ha agito per legittima difesa</i>	43
<i>De lege agraria II, 5, 10-12: Cicerone rispetta la memoria dei Gracchi</i>	44
<i>In Catilinam, I, 11, 27-28: La patria parla a Cicerone invitandolo ad agire subito contro Catilina</i>	45
<i>In Catilinam, IV, 3: Provvedete alla patria, non pensate a me</i>	45
<i>Pro Caelio, I: Inizio di un processo singolare</i>	46
<i>Pro Caelio, 14, 33-34: Aspri rimproveri a Clodia</i>	47
<i>Pro Caelio, 39, 42: Si conceda alla gioventù qualche svago (1)</i>	48

<i>Pro Caelio</i> , 39, 42: Si conceda alla gioventù qualche svago (2)	48
<i>Pro Roscio Amerino</i> , 64: Possono due ragazzi uccidere il padre?	49
<i>De natura deorum</i> 1,4: Perché Cicerone si è occupato di filosofia	49
<i>De natura deorum</i> I, 7: Cicerone divulgatore della filosofia	50
<i>De natura deorum</i> II, 95: l'esistenza di Dio in Cicerone	51
<i>De natura deorum</i> II, 154: Perfezione del nostro organismo	51
<i>De natura deorum</i> II, 141: Il mondo è stato fatto per l'uomo	52
<i>De natura deorum</i> II, 95: Dio si riconosce dalle opere	52
<i>De natura deorum</i> , II, 158: Utilità degli animali	53
<i>De finibus</i> , I, 46-47: La temperanza e la saggezza fonti di piacere	54
<i>De Republica</i> , I, 1, 1; 2, 2-3: Primato dell'azione	54
<i>De Republica</i> , II, 47-48: La monarchia e la tirannide	55
<i>Pro Cneo Plancio</i> 37,90: Cicerone difende la sua decisione di andare in esilio	56
<i>In Pisonem</i> , 22: Ritorno trionfale di Cicerone a Roma	57
<i>Pro Murena</i> , 15-16: La guerra mitridatica fu grave e difficile	58
<i>Epistulae ad Atticum</i> , I, 5: Da una lettera di Cicerone ad Attico	58
<i>De provinciis consularibus</i> , XXXV, 7-8: Cicerone nega di essere nemico di Cesare (I parte)	59
<i>De provinciis consularibus</i> , XXXV, 9: Cicerone nega di essere nemico di Cesare (II parte)	60
<i>De provinciis consularibus</i> , XXXV, 10-11: Cicerone nega di essere nemico di Cesare (III parte)	61
<i>De oratore</i> I, 61, 12: Demostene e la sua indefessa costanza	64
<i>De amicitia</i> 71: L'amicizia: un rapporto complesso	64

SALLUSTIO

<i>De coniuratione Catilinae</i> III, 2-5: Ambizione giovanile di Sallustio	66
<i>De coniuratione Catilinae</i> , IV, 1-4: Abbandonata la politica Sallustio si dà alla storiografia	66
<i>De coniuratione Catilinae</i> VIII: Il buon tempo antico	67
<i>De coniuratione Catilinae</i> VIII: Le antiche virtù dei Romani si corrompono	67
<i>De coniuratione Catilinae</i> VIII: A Roma si è sempre preferita l'azione alla parola	68
<i>De coniuratione Catilinae</i> , XIII: Costumi dissoluti a Roma ai tempi di Catilina	68
<i>De coniuratione Catilinae</i> XIV: Catilina attira a sé la peggiore feccia	69

Bellum Iugurthinum I, 1: L'umanità non è debole se è retta dalla virtù	72
Bellum Iugurthinum I, 2-3: Oggi non è possibile servire con onestà la patria	73
Bellum Iugurthinum I, 4-5: I grandi sono di stimolo agli uomini virtuosi	74
Bellum Iugurthinum I, 6-7: Giugurta fu un uomo astuto, coraggioso e ambizioso	75
Bellum Iugurthinum I, 8-9: Giugurta entra nel favore di Micipsa	76
Bellum Iugurthinum I, 10-11: I successori di Micipsa in disaccordo	77
Bellum Iugurthinum I, 12-13: Uccisione di Iemsale	79
Bellum Iugurthinum I, 14: Discorso di Aderbale al Senato	81

LIVIO

<i>Ab Urbe Condita, Praefatio: Praefatio</i>	85
<i>Ab Urbe condita, I, 4: La nascita di Romolo e Remo</i>	86
<i>Ab Urbe condita, I, 5: Razzie di Romolo e Reme; cattura di Remo</i>	87
<i>Ab Urbe condita, I, 6: Romolo e Remo progettano di costruire una nuova città</i>	88
<i>Ab Urbe condita, I, 7: Fondazione di Roma e uccisione di Remo</i>	88
<i>Ab Urbe condita, I, 24: Una tempesta sull'Appennino</i>	91
<i>Ab urbe condita I, 58: Sesto Tarquinio e il sacrificio di Lucrezia</i>	91
<i>Ab urbe condita II, 6: Morte di Arrunte e Bruto</i>	93
<i>Ab Urbe condita, II, 14: Etruschi accolti a Roma dopo la sconfittadi Ariccia</i>	94
<i>Ab Urbe condita IV, 38: Sesto Tempanio, un eroe</i>	95
<i>Ab Urbe condita, V, 4: Bisogna continuare la guerra contro Veio</i>	95
<i>Ab Urbe Condita, 9,4: Lentulo sostiene che l'esercito, rinchiuso alla Forche Caudine, deve essere salvato a ogni costo</i>	97
<i>Ab Urbe condita, XIII, 7: Il console Popilio contro i Liguri</i>	98
<i>Ab Urbe condita XXI,19: I Romani cercano invano alleati in Spagna</i>	99
<i>Ab Urbe Condita, XXII, 44, 1-4: Annibale ordina ai Numidi di provocare i nemici</i>	99
<i>Ab Urbe condita, XXII, 44, 5-7: Dannose polemiche tra consoli</i>	100
<i>Ab Urbe Condita, XXII, 45, 1-5: Varrone senza consultare il collega, attacca battaglia</i>	100
<i>Ab Urbe condita, XXII, 46, 1-7: Lo schieramento di Annibale</i>	101
<i>Ab Urbe Condita, XXII, 48, 1-4: Inganno cartaginese</i>	101
<i>Ab Urbe condita, XXII, 49, 6-12: Ultime parole del console Emilio Paolo</i>	102

<i>Ab Urbe condita, XXII, 49, 13-18: Tragico bilancio della battaglia di Canne</i>	103
<i>Ab Urbe condita, XXII, 49-58: Annibale propone il riscatto dei prigionieri</i>	104
<i>Ab Urbe condita, XXII, 61, 10-13: Conseguenze della battaglia di Canne</i>	104
<i>Ab Urbe condita XXIII, 11-12: Magone annuncia a Cartagine la vittoria di Canne</i>	105
<i>Ab Urbe condita, XXIV, 42: I Romani vincono i Cartaginesi a Munda e a Oringi</i>	106
<i>Ab Urbe condita, XXV, 3: Condanna di un appaltatore</i>	106
<i>Ab Urbe Condita XXV, 23: Marcello tenta di indurre i Siracusani a una resa onorevole</i>	107
<i>Ab Urbe Condita XXVII, 19: Scipione libera il giovinetto numida Massiva</i>	108
<i>Ab Urbe Condita XXVIII, 3-4: Cornelio Scipione conquista la città spagnola di Oringi</i>	109
<i>Ab urbe condita XXX, 12, 4-11: Scipione rimprovera Massinissa per la sua passione</i>	110
<i>Ab Urbe Condita XXX, 21: Gli uomini sentono meno intensamente il bene che il male</i>	111
<i>Ab Urbe condita XXX, 30, 1-9: Annibale chiede la pace a Scipione (I parte)</i>	112
<i>Ab Urbe condita, XXX, 10-17: Annibale chiede la pace a Scipione (II parte)</i>	113
<i>Ab Urbe condita, XXX, 18-30: Annibale chiede la pace a Scipione (III parte)</i>	114
<i>Ab Urbe condita, XXXI, 24: Fallito assalto notturno a Atene</i>	116
<i>Ab Urbe Condita, XLIV, 27: Un'eclissi di luna prima della battaglia di Pidna</i>	117
<i>Ab Urbe condita XLV, 41: Emilio Paolo racconta la sua spedizione</i>	117

CORNELIO NEPOTE

<i>De excellentibus ducibus... IX, 1-3: Imprese di Conone in Asia</i>	119
<i>De excellentibus ducibus... 17,4: La pietà di Agesilao</i>	120
<i>De excellentibus ducibus...10, 1-5: Fine di Temistocle</i>	121
<i>De excellentibus ducibus, XIII, 9: Come Datame sventò le insidie del re di Persia</i>	122
<i>De excellentibus ducibus, XV, 2; Adolescenza di Epaminonda</i>	123
<i>De excellentibus ducibus...22,2: Annibale narra il giuramento fatto al padre</i>	123
<i>De excellentibus ducibus...1,2: Milziade occupa il Chersoneso</i>	125
<i>De excellentibus ducibus...3: Aristide ostracizzato</i>	125
<i>De excellentibus ducibus...3: Odio inestinguibile di Annibale per i Romani</i>	126
<i>De excellentibus ducibus XXIII,4: Splendide vittorie di Annibale</i>	127

<i>De excellentibus ducibus XXIII, 12: Morte di Annibale in Bitinia</i>	127
<i>De excellentibus ducibus X, 1, 1-3: Doti di Dione</i>	128
<i>De excellentibus ducibus, XX, 4: Timoleonte</i>	129
<i>De excellentibus ducibus XXIII, 3, 2-4: Annibale valica i Pirenei e le Alpi</i>	130
<i>De excellentibus ducibus III, 12, 3: Cabria era spesso assente da Atene</i>	130
<i>De viris illustribus, XXIII: Curio Dentato</i>	131
<i>De regibus, XXI, 2: Alcuni insigni sovrani greci</i>	132

SENECA

<i>De otio, 8,2-3: Le scelte dell'uomo sapiente quando il governo di uno stato è corrotto</i>	134
<i>De brevitae vitae, XXII, 3-4: Che cosa non si può ritenere "ozio"</i>	135
<i>Naturales Quaestiones, VI, 32: La nostra vita è un nulla</i>	136
<i>De prudentia, II, 9-11: La figura di Catone nell'idealizzazione di Seneca</i>	136
<i>De constantia, 17: L'uomo spiritoso e le ingiurie</i>	137
<i>De Beneficiis, II,14: Attenti a ciò che si dona</i>	138
<i>De Beneficiis, III, 23-25: Amore di schiavi per i padroni</i>	138
<i>De ira I, 1,1-4: Sintomi dell'ira</i>	140
<i>Consolatio ad Helviam matrem, VI, 1-3: L'esilio non è altro che un cambiamento di luogo</i>	140
<i>De vita beata, XVII, 1-3: Non sono un saggio e non lo sarò mai</i>	141
<i>Consolatio ad Marciam XI, 14,17: Può capitare a chiunque ciò che può capitare a qualcuno</i>	142

SVETONIO

<i>De vita Caesarum, Divus Iulius, 56: Giudizio sui Commentari di Cesare</i>	143
<i>Vita Caesarum III, 53: Tiberio fa uccidere Agrippina</i>	143
<i>Vita Caesarum III: Tiberio fa uccidere Nerone e Druso</i>	144
<i>Vita Caesarum III, 55-57: La crudeltà di Tiberio</i>	145
<i>Vita Caesarum III, 75: Morte di Tiberio</i>	146

CESARE

<i>De Bello Civili, III, 19: Cesare tenta di fare la pace con Pompeo</i>	147
<i>De Bello Gallico I, 13: Provocatorio discorso di Dimicone a Cesare</i>	147
<i>De Bello Gallico, III, 28: Cesare attacca i Morini e i Menapi</i>	148
<i>De Bello Gallico, IV, 12: Un attacco proditorio</i>	149
<i>De Bello Gallico IV, 26: I legionari raggiungono la terra ferma in Britannia</i>	150

ORAZIO

Odi, I, 1: <i>Ognuno ha il suo sogno</i>	151
Odi, III, 30: <i>La poesia eternatrice</i>	152

STAZIO

Proemio alla Tebaide	155
----------------------	-----

VIRGILIO

ENEIDE, PROEMIO	159
ENEIDE IV, 9-46: De Didone et Anna sorore	160
ENEIDE IV, 259-278: De Iovis iussu	162
ENEIDE IV, 522-552: De extrema Didonis vigilia	163
ENEIDE IV, 553-583: De subito Aeneae discessu	164
ENEIDE IV, 675-692: De Annae sororis desperatione	165

TACITO

Annales I, 1: Le origini del principato	167
Annales I, 9: Giudizi positivi su Augusto	167

Annales I, 10: Giudizi negativi su Augusto	168
Annales I, 11: Tiberio simula indegnità alla successione (1)	169
Annales I, 12: Tiberio simula indegnità alla successione (2)	170
Annales I, 14: La dinastia Claudia e le sue donne	172
Annales IV, 41: Seiano cerca di allontanare Tiberio da Roma	173
Annales IV, 57-58: Tiberio decide di trasferirsi in Campania	173
Annales IV, 59: Seiano salva Tiberio e diventa sempre più potente	174
Annale IV, 60: Seiano scalza Nerone e appoggia Druso	175
Annales V, 3-5: Tiberio accusa Agrippina e Nerone	176
Annales XV, 38: L'incendio di Roma	177
Annales XV, 39-40: Provvidenze di Nerone e fine del fuoco	178
Annales XV, 41-42: Triste bilancio e ricostruzione	179
Annales XV, 43: La nuova Roma	180
Annales XV, 44-45: I primi martiri e rapine di Nerone	180
Annales XV, 57-58: Epicari si strangola per non parlare	182
Annales XV, 59: Pisone muore senza nulla tentare	183
Annales XV, 60: Seneca implicato nella congiura	184
Annales XV, 61-62: L'ordine di morire; Seneca conforta gli amici	185
Annales XV, 63: Il sacrificio di Paolina	186
Annales XV, 64-65: Paolina sopravvive al marito; voci su Seneca	187
Agricola, 3-4: Ora finalmente ci ritorna il coraggio	188
Agricola, 43-44: Agricola fu avvelenato da Domiziano?	189
Agricola, 45-46: felice veramente Agricola per la gloria del vivere e l'opportunità di morire	191
Germania, 9-25: Dei, schiavi e liberti	193

QUINTILIANO

INSTITUTIO ORATORIA II, 9, 1-3: Il dovere degli alunni	194
INSTITUTIO ORATORIA XII, 1-2: L'oratore deve essere soprattutto un uomo onesto	194

VALERIO MASSIMO

<i>Factorum et dictorum mirabilium, III, 2,21: Occio. l'Achille romano</i>	196
<i>Factorum et dictorum mirabilium, 2.2.1: Segretezza del Senato</i>	196
<i>Factorum et dictorum mirabilium, 1.7.4: Non si combatte contro l'ospite</i>	197
<i>Factorum et dictorum mirabilium, 5.1.4: Non trascurate gli ordini degli Dei</i>	198
<i>Factorum et dictorum mirabilium, 6.2.8: Quante sono le vittime di Pompeo</i>	
<i>Factorum et dictorum mirabilium: Coriolano</i>	200
<i>Factorum et dictorum mirabilium, 5.4: Una figlia coraggiosa</i>	201
<i>Factorum et dictorum mirabilium, 5.8.3: Inflessibile rigore di un padre</i>	201
<i>Factorum et dictorum mirabilium, 1.6.12: Pompeo sottovaluta gli infausti presagi</i>	202
<i>Factorum et dictorum mirabilium, 1.6.13: Empietà di Dionigi di Siracusa</i>	203
<i>Factorum et dictorum mirabilium, V, 5: Atto umano di un comandante</i>	204
<i>Factorum et dictorum mirabilium, III, 7: Alessandro ascolta un oracolo</i>	204

VELLEIO PATERCOLO

<i>Historiae Romanae, I, 13: Paragone tra Scipione Emiliano e Lucio Mummio</i>	205
<i>Historiae Romanae, II, 13: Difficili rapporti tra Livio Druso e il Senato</i>	205

CURZIO RUFO

<i>Historiae Alexandri magni III, 2-7: Sogni di Dario</i>	207
<i>Historiae Alexandri Magni, III, 11: La sconfitta di Dario</i>	208

GELLIO

<i>Noctes Atticae, 1, 26: Plutarco e un servo</i>	209
<i>Noctes Atticae: 4,18: Fiera risposta di Scipione a un calunniatore</i>	210
<i>Noctes Atticae, 14,5: Contro gli indovini</i>	210
<i>Noctes Atticae, 15, 18: Visione di un sacerdote</i>	211

PETRONIO

<i>Satyricon 37: Ritratto di Fortunata, moglie di Trimalcione</i>	212
<i>Satyricon 111: Una matrona veramente fedele al marito</i>	213

MARZIALE

Epigramma XII, 17: La mia Bilbilis	215
------------------------------------	-----

APULEIO

Metamorfosi XI, 13: Lucio (o Apuleio) riacquista l'aspetto umano	216
--	-----

AGOSTINO

<i>De civitate Dei, I, 7: Dopo il sacco di Roma</i>	217
<i>De civitate Dei, IV, 4: Quid sunt regna nisi magna latrocinia?</i>	217
<i>De civitate Dei, IV, 22: Bisogna conoscere gli attributi di ciascun dio</i>	218
<i>De civitate Dei, V, 17: La ricompensa dei Santi nella città di Dio</i>	219
<i>Confessiones, I, 1,1: Esaltazione della grandezza divina</i>	219
<i>Confessiones, I, 1-2: Come e perché invocare Dio</i>	220
<i>Confessiones, I, 14, 23: Difficoltà incontrate nello studio del greco</i>	221
<i>Confessiones, III, 4, 7-8: Tormento interiore prima della conversione</i>	222
<i>Confessiones, IV, 8: Un'importante lettura</i>	223
<i>Confessiones, VIII, 12, 29: Prendi e leggi</i>	224

DRACONZIO

Apologia Ippocratis: Aegritudo Perdicae 225

BOCCACCIO

De mulieribus claris XCVII: De Proba Faltonia Betitia, Adelphi coniuge 229

LATINO LITURGICO

Te Deum 230

Veni Sancte Spiritus 231

Acta Martyrum Scillitanorum 233

Sermo 207, In quadragesima, Agostino 234

Regola, parte del Prologo, Benedetto 237

Dies irae dies illa, Tommaso da Celano 239

Salmo 50, Miserere mei 238

De Aquaeductu (I-XVIII), In Nativitate BV Mariae di Bernardo di Chiaravalle: 242